

ТРУДЫ

РУССКОГО

ЭНТОМОЛОГИЧЕСКОГО Общества

— □ —
H O R A E
SOCIETATIS ENTOMOLOGICAE
ROSSICAE
VARIIS
SERMONIBUS IN ROSSIA USITATIS EDITAE

Под редакцией Н. Я. Кузнецова.

Т. XLII. № 3.

Andreas Semenov-Tian-Shanskij.

Supplementa

ad Chrysididarum monographias ab A. G. Dahlbom (1854), A. Mocsáry (1889), R. du Buysson (1896) et H. Bischoff (1913) editas.

I.

Андрей Семенов-Тян-Шанский.

Добавления

к монографическим работам по семейству Chrysididae A. G. Dahlbom'a, A. Mocsáry, R. du Buysson'a и H. Bischoff'a.

I.

— □ —
ЛЕНИНГРАД
1932.

Отв. редактор Н. Я. Кузнецов.

Сложено в набор 16/XI 29 г. Подписано в печать 23/III 32 г. Тираж 900. Формат бумаги 72×110.
Колич. бумажных листов 1½. Колич. печатных зн. на бумажном листе 92 000. Заказ № 1236.
Ленгорлит № 38 643. Выход в свет июнь 1932 г.

7-я типография Огиза РСФСР им. Бухарина, Ленинград, ул. Моисеенко, 10.

Труды Русского Энтомологического Общества.

Horae Societatis Entomologicae Rossicae.

XLII, № 3, 1932.

ANDREAS SEMENOV-TIAN-SHANSKIĀ

SUPPLEMENTA

AD CHRYSIDIDARUM MONOGRAPHIAS

AB A. G. DAHLBOM (1854), A. MOCSÁRY (1889), R. DU
BUYSSON (1896) ET H. BISCHOFF (1913)

EDITAS

I.

АНДРЕЙ СЕМЕНОВ-ТЯН-ШАНСКИЙ

ДОБАВЛЕНИЯ

К МОНОГРАФИЧЕСКИМ РАБОТАМ ПО СЕМЕЙСТВУ
CHRYSIDIDAE

A. G. DAHLBOM'А, A. MOCSÁRY, R. DU BUYSSON'А И
H. BISCHOFF'А.

I.

Настоящая работа, составляющая менее половины намеченных автором „Добавлений“, написана в 1919 и 1920 гг. Она не была своевременно напечатана не по вине автора. Ныне состояние его зрения не позволяет уже дополнить работу новыми данными, приняв во внимание и выросшую за последнее десятилетие специальную литературу.

Все хронологические даты приведены здесь *по старому стилю*, все географические пункты и области — по картам до-революционного времени.

Tribus ELLAMPINA (Mocs.).

TABULA DIAGNOSTICA GENERUM.

- 1 (4). A'ae anticae venâ basali non aequabiliter, subgeniculatim incurvâ. Postscutellum, etiamsi conicum, nunquam tamen laminam horizontalem efficiens. Tertium tergum abdominale apice nunquam perfecte truncatum.
- 2 (3). Antennae flagello medio incrassato, ad apicem fortiter attenuato, toto, praesertim autem ad apicem, in ♂ leviter, in ♀ valde compresso. Tergum abdominale 3-um apice profunde semielliptice vel rotundato-angulatim exciso, excisurâ utrinque denticulo majusculo acute spiniformi terminatâ. Pro-et mesonotum fortiter cribrato-foveolata. Mesopleurae normales, infra perobtusè angulatae vel rotundatae. Postscutellum gibboso-convexum. Unguiculi intus 3—4-pectinati. Statura major vel maxima (long. 4,75—7 mm). Habitus fere specierum generis *Chrysis* (L.) Dahlb. — *Area geogr.*: subregiones mesasiatica (provinciae mongolica, turanica, iranica) et mediterranea. — Typus: *Chrysellampus heros* (Sem. 1892). [Hucusque notae sunt 6 species].

Gen. *Chrysellampus* Sem. 1931.

- 3 (2). Antennae flagello normali, non compresso neque ad apicem valde attenuato. Tertium tergum abdominale apice plus minusve excisum, nonnunquam subintegrum vel etiam integrum, nunquam spiniferum. Mesopleurae normales, infra plus minusve obtusae, rarius subacute angulatae (*Ell. violaceus* Scop.). Postscutellum modo gibboso-convexum, modo obtusè vel etiam acute conicum. Unguiculi intus 2—6-pectinati s. denticulati. Statura minor, mediocris vel major (long. 2—7 mm). — *Area geogr.*: regiones palaeartica, palaeanartica, aethiopica, indo-malayana, nearctica, neotropica. [Hucusque notae sunt plus 100 species].

Gen. *Ellampus* (Spin. 1806) Sem. 1931

- a (d). Unguiculi intus 2-denticulati s. 2-pectinati. Tertium tergitem abdominale apice nunquam profunde exciso. Statura plerumque minor.
- b (c). Tertium tergitem abdominale margine non late decolorato, ad maximum anguste pellucido, apicali vix nisi sinuato, supra apicem plus minusve porrectum duplicato, i. e. fortiter plicatim vel etiam tectiformiter elevato. — *Area geogr.*: subregiones mesasiatica et mediterranea regionis palaearticae. — Species typica: *Ellampus caudatus* (A b. 1878) [Hucusque notae sunt 4 species].

Subgen. *Philoctetes* (A b.) Sem. 1931.

- c (b). Tertium tergitem abdominale margine saltem apicali limbatim decolorato pellucidoque, non duplicato, medio haud vel perparum exciso, laterali leniter lateque, rarius non sinuato. — *Area geogr.*: subregiones mediterranea et mesasiatica regionis palaearticae, regiones palaeartica, indo-malayana, nearctica, neotropica, aethiopica. — Species typica: *Ellampus specularis* Sem. 1930. [Hucusque notae sunt numerosae species].

Subgen. *Dictenus* Sem. 1931.

- d (a). Unguiculi intus 3 — 6-denticulati s. pectinati. Tertium tergitem abdominale apice plus minusve exciso, margine laterali nec duplicato nec late decolorato. Statura minor, mediocris vel major. — *Area geogr.* supra indicata (cf. diagnosem generis). — Species typica: *Ellampus auratus* (L. 1761). [Hucusque notae sunt numerosae species].

Subgen. *Ellampus* (Spin.) Mocs. 1889.

- 4 (1). Alae anticae venâ basali aequabiliter arcuatim, non geniculatim incurvâ. Postscutellum mucronatum vel submucronatum. Pro- et mesonotum plus minusve fortiter punctata s. foveolata.
- 5 (6). Postscutellum acute conicum submucronatum, i. e. apice breviter producto, desuper nonnihil deplanato. Mesopleurae angustae, infra acutissime angulatae. Tertium tergitem abdominale apice non truncato simpliciter late neque profunde exciso. Unguiculi intus 3-pectinati. Statura major (long. 5 — 6 mm); habitus fere

majorum generis *Cleptis* Latr. specierum. — *Area geogr.*: regio palaeanarctica. — Species typica et, quantum constat, unica: *Parellampus praeteritorum* Sem. 1930.

Gen. *Parellampus* Sem. 1931.

6 (5). Postscutellum semper mucronatum, i. e. in laminam horizontalem productum. Mesopleurae normales, etiamsi infra angulatae. Tertium tergum abdominale apice manifeste truncato, truncaturâ plus minusve excisâ. Unguiculi intus 1—6-pectinati s. denticulati. Statura minor, mediocris vel major (long. 3,5—7 mm). — *Area geogr.*: regiones palaeartica, palaeanarctica, aethiopica, indo-malayana, nearctica, neotropica. — Species typica: *Notozus scutellaris* (Pan z. 1798). [Hucusque notae sunt species numerosae].

Gen. *Notozus* (Först. 1853) Buyss. 1896.

Annotatio. Genera mihi in natura ignota *Diplorrhinos* Aaron 1885 et *Holophris* Mocs. 1890 mera esse *Ellampi* (Spin.) m. generis subgenera praesumo.

Genus **ELEAMPUS** (Spin. 1806) Sem. 1931.

- I (IV). Tarsorum unguiculi intus 2-denticulati s. 2-pectinati. Tertium tergum abdominale margine apicali nunquam profunde exciso. Statura plerumque major.
- II (III). Tertium tergum abdominale margine non late decolorato, ad maximum anguste pellucido, apicali vix nisi sinuato, supra apicem plus minusve porrectum duplicato, i. e. fortiter plicatim vel etiam tectiformiter elevato.

Subgen. *Philoctetes* (Ab.).¹

1 (4). Abdomen valde convexum sed non hemisphaericum, tergito 3-o

¹ Typus hujus subgeneris *Ellampus caudatus* (Ab. 1878) est; altera hucusque nota species palaeartica: *Ell. deflexus* (Ab. 1878). Reliquae species a R. du Buyssona. 1896 in genus (= *Ellampi* subgenus sensu nostro) *Philoctetes* Ab. Buyss. relatae, referendae sunt in novum subgenus *Dictenulus* Sem., quod sequitur.

minus abrupte declivi, supra marginem apicalem plicâ forti acutâque ab eo distante, subtectiformi praeditum. Postscutellum conicum.

2 (3). Caput non latum, sed crassum, fronte valde convexâ et lateribus faciei haud confertim regulariter foveolatis, foveolis rotundis, planis; cavitate faciali profundâ, subrotundâ, laevi; clypeo brevi, impunctato, vertice convexo sparsim subobsolete punctato, temporibus convexis parum dilatatis, crebrius inaequaliter vadoseque foveolato-punctatis. Pronotum brevissimum, longitudine sua fere quintuplo latius, convexum, medio valde laxe et inaequaliter, ad latera crebrius et fortius non obsolete punctatum, spatiis latis laevigatis disci hic-illuc punctulatis; mesonotum parce ac valde disperse punctatum; scutellum convexum argute scrobiculato-reticulatum, scrobiculis rotundis fundo omnino plano, non umbilicatis; postscutellum conicum fastigio obtuso, similiter ac scutellum, paulo tantum minutius et acutius scrobiculato-reticulatum; mesopleurae convexusculae confertim subreticulato-scrobiculatae, scrobiculis planis, nonnihil inaequalibus, subumbilicatis. Anguli postico-laterales metathoracis breves, fere recti, a tergo paulo tantum emarginati, apice obtusiusculo nonnihil retrorsum directo. Abdomen oblongo-ovatum, valde convexum, tergito 1-o medio late laevi, ad latera crebre punctulato, punctis majusculis parce sparsimque intermixtis; 2-o toto copiose crebreque punctulato, ad latera punctis majusculis parce intermixtis; 3-o confertim, ad latera paulo fortius, ad apicem laxius punctulato, punctis majoribus ad latera et ad apicem sat copiose intermixtis, supra apicem obtusiusculum nonnihil transversim impresso, hoc subhorizontali supra marginem plicam fortem acutamque, utrinque abbreviatam formante, ipso margine apicali anguste pellucido medio late perparumque sinuato, margine laterali aspectu a latere fere recto, medio vix nisi subsinuato; ventre acute longitudinaliter carinato, sternito 2-o fere impunctato, 3-o lateribus exceptis crebre punctulato. Unguiculi intus longius a basi bipectinati. Antennae sat graciles, articulo 2-o tertio parum longiore (σ^3). Totus aurato-viridis, cavitate faciali, nonnunquam etiam vertice et pronoto leviter cyanescens, tegulis piceis, sternitis abdominalibus lateribus politis piceo-nigris, tarsis ferrugineo-testaceis, antennis nigris solum scapo nigro-aeneo. Alae omnino limpidae, stigmatibus nervisque fuscescenti-stramineis. — Long. σ^3 3,8 — 4 mm (φ ignota).

Ellampus fedtshenkoi, sp. n. ³

! *Omalus pusillus* Radoszkowski 1877 in Fedtshenko, Пырем. в Туркестане, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

! *Omalus auratus* Radoszkowski 1877, ibidem, p. 2 (ex parte).

Ell. deflexo (A b.) affinis similisque, a quo valde differt alis omnino limpidis, stigmate nervisque obscure stramineis, tarsis testaceis; capite angustiore et multo crassiore, fronte et vertex magis convexus, laxius sculptis, pro- et mesonoto paulo parcius et minus fortiter punctatis, scutello confertim acuteque scrobiculato-reticulato, postscutello non acute conico, tergito abdominali 1-o medio late impunctato, 3-o apice minus acuminato, supra marginem apicalem fortius plicato, plicâ magis tectiformiter retrorsum eminente, margine apicali vix sinuato, laterali fere integro; ab *Ell. caudato* (A b.) magis adeo discrepat 3-o tergito abdominali magis confertim sculpto, margine apicali etsi anguste, tamen manifeste pellucido, alis omnino limpidis, nervis substramineis, scutello aequabiliter, regulariter acuteque scrobiculato-reticulato, colore corporis, tarsorum etc.

Turkestan occid.: vallis fluvii Zeravshan prope Maracandam (Samar-kand) (A. Fedtshenko! 23. IV et 29. V. 1869); deserta Kizil-kum (i d. ! 30. IV. 1871); Katty kurgan (i d. ! 29. IV — 5. V. 1869). — Quatuor specimina (4 ♂) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.; c. m.).

3 (2). Caput fronte aequabiliter laxè foveolatâ, foveolis magis adeo vadosis, subobsoletis. Pronotum disco parcius disperse punctato, utrinque spatio lato fere impunctato. Abdomen tergiti 1-i lateribus, 2-i dorso minutius punctulatis. Tarsi fusci. Ceterum cum *Ell. fedtshenkoi* Sem. genuino congruens. — Long. ♀ 3,6 mm (♂ ignotus).

Ellampus fedtshenkoi turcmenus, subsp. n.

Turcomania: Imam-baba districtus Mervensis (B. Kozhantshikov! 24. IV. 1912). — Solum specimen (1 ♀) (c. m.).

4 (1). Abdomen perquam convexum, hemisphaericum, tergito 3-o fortissime declivi supra marginem apicalem plicâ subtili, ei approximata, non tectiformi praedito, toto apice horizontaliter deorsumque subporrecto, ipso margine apicali medio vix conspicue subsinuato, margine laterali recto, non sinuato, hujus parte posticâ nec non margine apicali angustissime pellucidis. Postscutellum obtuse conicum. Caput crassum fronte convexâ

³ Memoriae illustrissimi exploratoris Turkestanicae rossicae, magistri zoologiae Alexii Fedtshenkoi, cujus vita nimis brevis erat, pio animo consecrata.

et facie cavitate profundâ laevigatâque exceptâ aequabiliter vadose modice confertim foveolatis, vertice subdisperse nonnihil inaequaliter non profunde, occipite subtilius copiose punctatis, sicut pro- et mesonotum parce brevissimeque pilosis; temporibus fortius dilatatis, subrugoso-punctatis. Pronotum omnino copiose et fortiter, etsi inaequaliter laxequè punctatum, punctis minoribus saltem antice et ad latera intermixtis; mesonotum sparsim inaequaliter crasse punctatum, punctis minoribus hic-illic intermixtis; scutellum et postscutellum, ille grossius et vadosius, hoc profundius atque magis confertim scrobiculato-reticulata, scrobiculis fundo plano, non umbilicatis; mesopleurae grosse et vadose reticulato-scrobiculatae. Anguli postico-laterales metathoracis breviusculi, nonnihil extrorsum porrecti, apice obtusiusculo. Abdomen semigloboso-convexum, curtulum, breviter ovatum, thorace latius, tergito 1-o medio non, ad latera manifeste punctulato ibique Praeterea aliquot punctis majoribus intermixtis, 2-o omnino copiose crebreque punctulato, ad latera punctis majoribus intermixtis, 3-o eodem fere modo sculpto sed punctis majoribus magis numerosis praesertim ad apicem et secundum marginem lateralem, punctulis minoribus ad apicem sensim evanescentibus. Antennae articulo 3-o quarto fere 1,4 longiore (♂). Totus viridi-auratus, parum vageque cyanescens, tegulis piceis, ventre secundum lineam mediam late cupreo aeneoque, utrinque piceo-nigro, antennis scapo viridi et 2-o articulo aenescenti-nigro exceptis nigris, tarsis dilute fuscis. Alae omnino limpidae stigmatate nervisque dilutissim fuscis. — Long. ♂ 4,1 mm (♀ ignota).

***Ellampus limpidipennis*, sp. n.**

Turkestan septentr.: Bajgakum ad Jaxartem flum. prov. Syrdariensis (D. Glazunov! 12. VI. 1907). — Solum specimen (♂) (c. m.).

III (II). Tertium tergitem abdominale margine saltem apicali limbatim decolorato pellucidoque, non duplicato, medio haud, perparum vel parum exciso, laterali leniter lateque, rarius non sinuato.

Subgen. *Dictenus* nov.³

1 (28). Pronotum antice acute marginatum, margine integro, medio nonnihil sublobiformiter promotum s. reflexo, secundum marginem crebre punctatum. Scutellum obtuse conicum vel simpliciter gibbosum.

³ Subgeneris typus: *Ellampus specularis* Sem.

- 2 (5). Alae basi hyalinae s. subhyalinae, in dimidio apicali sat fortiter fumigatae, stigmatate nervisque piceis.
- 3 (4). Postscutellum conicum fastigio obtuse rotundato. Anguli postico-laterales metathoracis minus breves, non divaricati, apice acutiusculo, retrorsum directo. Tarsorum unguiculi intus oblique bipectinati. Alae modice longae, superiores abdominis apicem parum superantes. Tergitum abdominale 3-um apice fere non porrecto, obtuse rotundato medioque fere non sinuato, margine laterali anguste, ad apicem sensim latius decolorato pellucidoque, subreflexo. Caput subreticulato-foveolatum, foveolis minusculis, vadosis, cavitate faciali, vertice, occipite nec non temporibus supra laevibus, his marginatis, infra rugoso-punctatis. Pronotum utrinque fortiter subreticulatim foveolatum, secundum marginem anticum regulariter uniseriatim punctatum, disco et basi omnino impunctatis, speculiformiter politis; mesonotum excepto solo margine laterali cum angulis anticis uniseriatim punctato omnino laeve, speculiformiter politum; etiam scutellum convexiusculum medio impunctatum politumque, utrinque grossius subreticulato-foveolatum, postscutellum grosse regulariterque scrobiculato-reticulatum, scrobicularum fundo omnino plano; mesopleurae regulariter minus grosse scrobiculato-reticulatae. Abdomen modice convexum, tergito primo margine laterali excepto fere impunctato 2-o parcissime disperseque usque ad latera punctulato, secundum marginem lateralem copiosius inaequaliter punctato et punctulato, 3-o toto triente basali crebre punctulato, ceterum disperse subobsoleteque, ad apicem sensim crassius punctato. Totus aeneo-viridis, nitidus, vertice et pronoto plerumque plus minusve cyanescentibus, scutello, postscutello, mesopleuris, nonnunquam etiam abdominis lateribus plus minusve viridi-auratis, tegulis piceo-nigris cyaneo-reluentibus, ventre viridi-aurato, tarsis dilute fuscis, antennis scapo aeneo-viridi excepto nigris. Tibiae posticae in ♂ non dilatatae. — Long. ♂ 3,5 — 4,5 mm (♀ ignota).

***Ellampus potanini*, sp. n. ⁴**

A solâ quae hucusque innotuit ejusdem subgeneris specie orientali-asiaticâ, *Ell. japonico* (Bis ch. 1910), differt praesertim postscutello obtuse conico, scutello medio speculiformiter polito, neque occipite neque duobus primis tergitis abdominalibus obscuratis.

⁴ Piae memoriae illustrissimi exploratoris Mongoliae Chinaeque, Gregorii Potanin grato animo dedicata.

Chinae prov. Setshuan: ad fl. Sjao-tzhin-cho (27. VII. 1893), ad fl. Fu-bjan cho (1. VIII. 1893), int. Chun-shujgu et Li-fan (18. VIII. 1893) (exped. G. Potanini).— Quatuor specimina (4 ♂) (Mus. Zool. Acad. Sc. Ross.; c. m.).

- 4 (3). Postscutellum hemisphaerico-gibbosum. Anguli postico-laterales metathoracis breves apice subobtusos. Tarsorum unguiculi dentibus duobus fortibus subperpendiculariter positus intus armati. Alae longae, superiores abdominis apicem superantes. Tergitum abdominale 3-um apice etsi anguste nec profunde, tamen manifeste sinuato. Pronotum serie punctorum secundum marginem anticum immersâ; scutellum utrinque laxè fortiterque, non reticulatim foveolatum; postscutellum non reticulatum, per grosse scrobiculatum, scrobiculis rotundis, planis umbilicatis; mesopleurae minus grosse reticulato-scrobiculatae, scrobiculis seriatis, seriebus plicis acute cariniformibus longitudinalibus inter se limitatis. Abdomen oblongo-semiellipticum, tergito 3-o multo parcius disperseque punctulato sed copiosius fortiusque punctato. Ceteris notis, habitu coloreque *E. potanini* Sem. similis, sed paulo obscurior (semperne?), pronoti disco nigro-cyaneo. Corporis forma angusta, gracilis. — Long. ♂ 4,5 mm (♀ ignota).

Ellampus berezovskii, sp. n. ⁵

Species ob insignem postscutelli et mesopleurarum sculpturam nec non unguiculorum structuram distinctissima.

Chinae prov. Setshuan: fauces Cho-dzi-gou pr. urb. Lun-ngan-fu, alt. 6000' s. m. (M. Berezovskij! V—VI. 1893). — Solum specimen (1 ♀) (Mus. Zool. Acad. Sc. Ross.).

- 5 (2). Alae omnino limpidae, nervis plerumque dilutissime fuscis, stigmate paulo tantum obscuriore. Postscutellum gibbosum sed nunquam perfecte conicum.
- 6 (7). Abdomen tergito 2-o copiose punctulato. Postscutellum fortiter subconice, etsi obtuse gibbosum. Caput laxè et vadose foveolatum, cavitate faciali profundâ laevi, etiam ejus lateribus antice non punctatis, occipite non punctato quoque, solum secundum marginem posticum parce subpunctulato, parcissime breviterque pilosulum. Thorax glaber; pronotum solummodo secundum mar-

⁵ Memoriae scrutatoris naturae Chinae interioris Mongoliaeque, Michaelis Berezovskij grato animo consecrata.

ginem anticum anguste et ad latera angulis posticis exclusis copiose fortiterque, etsi subobsolete, in disco autem disperse parceque punctatum; mesonotum magis adeo disperse punctatum et punctulatum, solum in angulis anticis fortius, secundum marginem lateralem uniseriatim punctatum; scutellum convexum medio non confertim foveolatum, basi mediâ anguste laevi, utrinque reticulato-scrobiculatum; postscutellum regularius et grossius, mesopleurae vadose scrobiculato-reticulatae. Anguli postico-laterales metathoracis breviusculi, vix nisi extrorsum et retrorsum porrecti, apice acutiusculo. Abdomen valde convexum, fere semiglobosum, tergito 1-o polito, solum lateribus parcissime punctatis et punctulatis, 2-o laxè subtilissime punctulato, ad latera praeterea fortius punctato, 3-o basi creberrime minute punctulato, ceterum disperse obsoleteque, ad latera et ad apicem multo fortius et crebrius sed laxè punctato, inter puncta obsolete punctulato, apice deorsum leviter subporrecto, summo apice subtilissime sinuato latiusque unacum margine laterali subreflexo pellucidoque, hoc medio levissime longeque subsinuato. Unguiculi intus oblique bidentati. Totus laete aeneo-viridis, lucidus, partim (in metanoto, mesopleuris, tegulis, lateribus pronoti) viridi-subauratus, ventre majore ex parte cupreo, tarsis fusciscenti-testaceis, antennis nigris, scapo aeneo-viridi. — Long. ♀ 3,8 — 4 mm (♂ ignotus).

Ellampus miramae, sp. n. ⁶

Turcomania: statio Pereval viae ferreae transcaspicae (C. Ahngerf 77. IV. 1903). — Duo specimina (2 ♀) a beato A. Jakovlev communicata (c. m.).

- 7 (6). Abdomen tergito 2-o polito parcissime, valde disperse punctulato, 1-o impunctato, polito, ad maximum utrinque supra marginem lateralem aliquot punctis parum perspicuis notato. Postscutellum gibboso-convexum. Anguli postico-laterales metathoracis breves.
- 8 (13). Tertium tergitem abdominale elongato-semiovatum, vel elongato-semiellipticum, margine laterali modice anguste, apicali late decolorato pellucidoque. Forma totius abdominis angustiuscula. Antennae articulo 3-o quarto in ♂ non, in ♀ paulo longiore
- 9 (12). Abdomen elongato-ovatum, apice subporrecto, acuminato.

⁶ Orthopterologo rossico, Emiliae Miram, emeritae Musei Zoologici Academiae Scientiarum Rossicae curatrici, grato animo dedicata.

10(11). Tertium tergitem abdominale fortiter, etsi remote, in medio dorso tantum paulo subtilius punctatum, margine apicali late decolorato, subreflexo, summo apice latiusculo perparumque sinuato, margine laterali fere recto. Caput fronte aequabiliter subreticulatim foveolata, foveolis fundo plano, cavitate faciali profundâ late laevi, vertice intra stemmata subvariolofoveolato, pone haec polito, parcissime disperseque, occipite supra marginem posticum subseriatim punctato, temporibus non dilatatis supra sparsim, infra fortius et crebrius punctatis. Pronotum secundum marginem anticum non determinate neque seriatim punctatum, ad latera sat late crebre foveolatum, foveolis vadosis subobsoletis, dorso polito, nitido, aliquot tantum punctis dispersis notato; mesonotum politum punctis dispersis haud numerosis consitum; scutellum medio sat laxè, utrinque subreticulatim foveolatum, foveoli fundo plano; postscutellum valde gibbosum, fere obtuse conicum confertim scrobiculato-reticulatum, scrobiculis fundo plano; mesopleurae paulo minutius rugatofoveolatae, foveolis rotundis. Anguli posticolaterales metathoracis fere non divaricati. Abdomen modice convexum, ad apicem sensim declive, tergito 1-o polito, impunctato, supra marginem lateralem aliquot tantum punctis valde dispersis obsoletisque notato, 2-o polito quoque, dorso punctis perpaucis dispersisque subtilibus, ad latera evidentissimis magis numerosis, etsi dispersis subtilibusque consito. Unguiculi intus duobus dentibus validiusculis et acutis suboblique positis armati. Totus laete viridi-cupreus, sine ullo nitore cyaneo, splendidus, tarsis lacte testaceis, antennis nigris, scapo viridi-aeneo, articulo 2-o viridi-aescenti. Alae omnino limpidae, stigmatate nervisque sordide stramineis. — Long. ♂ 3,25 mm (♀ ignota).

Ellampus jaxartis, sp. n.

1 *Omalus pusillus* Radoszkowski 1877 in Fedtshenko, Пырем. в Тьпкестан, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

Species ob structuram et sculpturam 3-ii tergiti abdominalis distinctissima; etiam colore corporis viridi-cupreo inter asiaticas *Dictenuli* species egregia.

Turcestan occidentale: ad fl. Syr-dar'ja (A. Fedtshenko! 25. IV—3. V. 1871). — Solum specimen (1 ♂) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

11(10). Tertium tergitem abdominale margine laterali modice anguste, apicali late decolorato pellucidoque, apice nonnihil porrecto, minus

obtusato, summo marginis decolorati apice subprofunde fere angulatim sinuato. Abdominis formâ angustiusculâ elongato-ovatâ. Caput fronte sat laxè et vadose foveolatâ, cavitate faciali laevi, vertice antice subtilius, disperse obsoleteque punctato, pone sternata temporibusque superne impunctatis politisque, his infra striguloso-rugosis. Pronotum secundum marginem anticum anguste subuniseriatim, ad latera latius crasse punctatum, disco et basi laevibus, illo aliquot punctis valde dispersis notato; mesonotum laeve quoque, parçissime disperseque subtiliter punctatum, secundum marginem lateralem uniseriatim foveolatum; scutellum sublaxe, postscutellum reticulato-foveolatum; mesopleurae vadose scrobiculatae, inter scrobiculas rugulatae. Anguli postico-laterales metathoracis brevissimi, divaricati, apice parum acuto. Abdomen valde convexum, ad apicem fortiter declive, tergitis 1-o et 2-o dorso omnino vel fere impunctatis, ad latera subtiliter disperseque punctulatis, 3-o basi subtilissime crebre punctulato, ceterum sparsim tenuiter punctato. Unguiculi dentibus duobus tenuibus oblique positus intus armati. Totus splendide cyaneo-viridis, ventre aurato-viridi, antennis scapo et articulo 2-o cyaneo-viridibus exceptis nigris, tibiârum summis apicibus tarsisque dilute fuscescenti-flavidis s. sordide substramineis. Alae limpidae, nervis dilutissime fuscis, stigmate paulo tantum obscuriore. Statura minor; forma corporis gracilis. — Long. ♀ 2,6—3,4 mm (♂ ignotus).

Ellampus margianus, sp. n.

Ob postscutellum hemisphaerico-gibbosum accedit solummodo *Ell. obtuso* (Buyss. 1896), a quo tamen longe divergit imprimis structurâ marginis pellucidi 3-ii tergiti abdominalis.

Turcomania: Imam-baba districtus Mervensis (B. Kozhantshikov) 21. IV et 15. V. 1912). — Duo specimina (2 ♀) (c. m.).

12 (9). Abdomen elongato-semiellipticum, apice neque porrecto neque acuminato, tergito 3-o parce disperseque punctato, in parte basali praeterea parçissime punctulato, margine postico late arcuatim rotundato unâcum dimidio posteriore marginis lateralis sat late limbatim decolorato pellucidoque, quo decolorato margine in medio subtiliter angulatim inciso, marginis lateralis medio manifeste lateque subsinuato, dimidio basali leniter sublobiformiter rotundato, anguste translucido, tergito 2-o polito vix perspicue

subtilissime perdisperse punctulato, secundum marginem lateralem punctis majoribus parce consito, tergito 1-o omnino fere polito. Ceteris notis cum *Ell. margiano* Sem. congruens. Cyanescens viridis, scutello et postscutello aurato-viridibus, tarsis dilute fuscis, antennis scapo viridi-metallico et articulo 2-o viridi-aescenti exceptis nigris, alis omnino limpidis, stigmatibus nervisque dilutissime fuscis. — Long. ♂ 3,6 mm (♀ ignota).

Ellampus popovi, sp. n.⁷

! *Omalus pusillus* Radoszkowski, 1877 in Fedtshenko, Пырем. в Туркест., II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

! *Ellampus zerafshani* A. Semenov-Tian-Shanskij in litt. olim.

Turkestan occid.: prov. Maracandica (Samarkand): vallis flum. Zerafshan (A. Fedtshenko! V. 1869). — Solum specimen (1 ♂) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

- 13 (8). Tertium tergitem abdominale margine apicali unacum dimidio posteriore marginis lateralis anguste pellucido, summo marginis apice vix conspicue vel non sinuato.
- 14 (15). Abdomen angustiusculum, elongato-subovatum, ad apicem fortiter sed sensim angustatum, tergito 3-o apice integro, rotundato-acuminato, margine laterali recto nullo modo sinuato, inde a basi peranguste, apicem versus sensim latius decolorato — limbato, limbo apicem amplectente omnino translucido, dorso etiam ad latera et ad apicem parce et valde disperse subobsolete punctato; tergito 2-o medio fere impunctato. Anguli postico-laterales metathoracis breviusculi, fere rectangulares, summo apice acutiusculo nonnihil extrorsum spectante. Postscutellum modice obtuseque gibbosum, regulariter reticulato-scribiculatum; scutellum crebre sed non confertim foveolatum; mesopleurae laxius fortiter foveolatae; mesonoti dorsum, pronoti discus polita, omnino fere impunctata. Caput toto vertice laevi, polito, fronte convexiusculâ laxè fortiterque varioloso-foveolata, cavitate faciali latâ, modice profundâ, laevi, temporibus sat angustis superne sublaevibus, inferius confertim subtransverse striguloso-rugosis. Antennae longae et tenues, articulo 3-o quarto saltem 1,4 longiore (♂). Unguiculi oblique bidentati, denticulo inde a basi primo altero multo brevior. Cyaneo-viridis, lucidus, cavitate faciali, sincipite, duobus

⁷ Hymenopterologo rossico, Vladimiro Popov, Musei Zoologici Academiae Scientiarum Rossicae adjuncto, grato animo dedicata.

primis tergitis abdominalibus saturatius et obscurius viridi-cyaneis, scutello, postscutello, mesopleuris viridi-auratis, tarsi dilute subsordide testaceis, antennis nigro-fuscis, duobus primis articulis cyaneo-viridibus. Alae omnino limpidae, stigmatibus nervisque distinctissime fuscis. Statura minor, corporis forma gracilior. — Long. ♂ 2,5 mm (♀ ignota).

Ellampus integellus, sp. n.

Proxime affinis *Ellampo popovi* Sem., a quo differt praesertim abdominis formâ magis ovatâ, tergito 3-o apice magis acuminato integro, limbo decolorato angustiore, temporibus infra strigulose-rugosis, antennis longioribus; ab *Ell. speculifero* Sem. (cf. infra), cujus etiam proximus, discedit imprimis staturâ minore, corporis formâ angustiore et minus brevi, abdominis elongato-ovali tergito 3-o apice magis sensimque acuminato omnino integro, 2-o medio fere impunctato, scutello minus laxâ foveolato, vertice magis polito, antennis articulo 3-o quarto in ♂ circ. 1,6 longiore; etiam ab *Ell. margiano* Sem. tertio tergito abdominali angustius decolorato-limbato, apice integro, antennis longioribus praesertim discrepat.

Bucharia meridionalis: Termez ad Oxum fl. (Amu-darj'ja) (Alexander Kiritschenko! 11. V. 1912). — Solum specimen (1 ♂) (c. m.).

15(14). Abdomen latiusculum, brevius ovatum, tergito 3-o apice distincte, etiamsi subtilissime exciso, tergito 2-o manifeste, etiamsi minutissime punctulato. Forma corporis brevior et obesior.

16(19). Tertium tergitem abdominale margine laterali recto, non sinuato, subtiliter obsoleteque, solum lateraliter et ad apicem fortius, sed sparsim punctulatum punctatumque. Pronotum margine antico subseriatim et lateribus haud copiose fortiter punctatis exceptis politum, aliquot tantum punctis subtilibus s. subtilissimis valdeque dispersis notatum; mesonotum politum parcissime disperseque punctulatum; scutellum ad latera tantum subreticulatum, medio plus minusve remote scrobiculatum; mesopleurae subremote vadose scrobiculatae, non reticulatae. Caput fronte et lateribus faciei remote foveolatis, foveolis sat vadosis, non omnino perfectis, partim punctiformibus. Corpus totum smaragdino-viridimetallicum, scutello et praesertim postscutello plerumque magis auratis.

17(18). Tarsi nigri s. fusco-nigri. Alarum nervi sat dilute testacei. Tergitem abdominale 3-um margine laterali angustissime pellucido.

Anguli postico-laterales metathoracis breviter triangulares apice acutiusculo. — Long. ♂ ♀ 3,3 — 3,7 mm.

Ellampus specularis, sp. n.

- ? *Ellampus imbecillus* Mocsáry 1889: Monogr. Chrysidid., p. 98 (ex parte).
? *Ellampus imbecillus* Buysson 1896 in Ed. André, Spec. Hymén. Eur. etc., VI, p. 135 (ex parte).

Quodammodo appropinquat, ut videtur, *Ell. laevigato* Mocs. (1911), a quo valde discrepat fronte laxe, vertice non punctatis, abdominis apice subintegro. — Sub nomine *Ellampi imbecilli* ab auctoribus supra nominatis confusae sunt duae, ut opinor, distinguendae species. Quam ob rem *E. imbecillum* Mocsáryi, ut contortam speciem, obliterandam esse censeo.

Turcomania: Imam-baba districtus Mervensis (B. Kozhantschikow! 24. IV. 1912); Bajram-ali pr. oppid. Merv (D. Smirnov! 21. IV. 1912);
Persia austro-orientalis: Mekran, distr. Bagu: Bal (N. Zarudnyj! 3 — 4. III. 1901). — Quatuor specimina (3 ♂, 1 ♀) (c. m.).

18 (17). Tarsi dilute testacei. Alarum nervi dilutissime fusc. Tergitum abdominale 3-um margine laterali et apicali latius pellucido. Anguli postico-laterales metathoracis brevissimi, apice obtusiusculo. Scutellum medio laxe scrobiculatum, areolâ laevi latiusculâ. — Long. ♂ 3,1 — 3,5 mm (♀ ignota).

Ellampus speculifer, sp. n.

- ? *Ellampus imbecillus* Mocsáry 1889: Monogr. Chrysidid., p. 98 (ex parte).
? *Ellampus imbecillus* Buysson 1896 in Ed. André, Spec. Hymén. Eur., VI, p. 135 (ex parte).

Vide annotationem ad *Ell. specularem* Sem.

Bucharia meridionalis: Termez ad Oxum flum. (Alexander Kiritschenko! 9 — 12. V. 1912). — Tria specimina (3 ♂) (c. m.).

- 19 (16). Tertium tergitum abdominale margine laterali manifeste sinuato.
20 (23). Alae nervis stigmatæque dilute s. dilutissime fuscis. Superficies viridis, plus minusve cyanescens.
21 (22). Pronotum dorso sat fortiter sed valde disperse parceque punctato, lateribus sat parce punctatis et punctulatis. Caput fronte fortiter grosseque varioloso-foveolatâ, foveolarum interstitiis angustis rugiformibus. Scutellum basi spatio latiusculo laevi praeditum,

ceterum medio sat laxo, utrinque magis confertim, non tamen reticulatim grosse foveolatum; postscutellum sat fortiter gibbosum, tamen obtusum, modice acute reticulato-scröbiculatum, scröbiculis fundo plano; mesopleurae minutius non reticulatim foveolatae; mesonotum politum parcissime disperse punctatum, serie foveolarum latero-marginali praeditum. Anguli postico-laterales metathoracis breviusculi divaricati. Abdomen angustiusculum, oblongo-ovatum, valde convexum, tergito 2-o polito disperse parceque, praesertim ad latera et toto dimidio postico sat grosse sed subobsolete punctato, 3-o fortius et crassius, praecipue ad apicem, non obsolete disperse punctato, apice valde acuminato, fere non sinuato, supra apicem subimpresso, margine laterali medio perparum sensimque subsinuato angustissime, apicali paulo latius pellucido. Antennae articulo 3-o quarto haud longiore (σ). Laete splendideque viridi-cyaneus, pronoto, scutello, postscutello viridi-aeneis, etiam tergitis abdominalibus 2-o et 3-o ad latera viridisubauratis, ventre viridi-cyaneo et viridi-aureo vario, tarsis obscure fuscis, antennis nigris scapo viridi-metallico, articulo 2-o aenescente. Alae limpidae, stigmatibus nervisque testaceo-fuscis. Statura minor, corporis forma gracilior. — Long. σ 2,5 mm (φ ignota).

Ellampus sogdianus, sp. n.

Omalus auratus Radoszkowski 1877 in Fedtschenko, Путеш. в Туркест., II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

Turkestan occid.: prov. Maracandica: vallis fl. Zeravshan (A. Fedtschenko) 11—24. V. 1869). Solum specimen (1 σ) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

22 (21). Pronotum toto anteriore dorsi dimidio praeter punctorum seriem in margine antico sitam sat copiose, etsi valde disperse ac nonnihil inaequaliter punctato, ad latera crebre et copiose minus profunde foveolatim punctatum. Caput fronte sublaxe vadose foveolatâ, foveolarum interstitiis non rugatis. Scutellum sat laxo non profunde scröbiculatum, scröbiculis rotundis subumbilicatis, spatio basali laevi angustissimo, subnullo; postscutellum non acute neque omnino reticulatim scröbiculatum, scröbiculis fundo plano vix nisi majoribus quam in scutello; mesopleurae paulo minutius quam scutellum non reticulatim scröbiculatae, interstitiis

subrugiformibus; mesonotum valde convexum, speculiformiter politum, aliquot tantum punctis subtilissimis dispersisque, vix perspicuis, ad basin aliquot foveolis vadosis notatum, serie foveolarum latero-marginali normali. Anguli postico-laterales metathoracis breves, apice potius retrorsum quam extrorsum directo. Abdomen late breviterque ovatum, perquam hemisphaerico-convexum, tergito 1-o impunctato, toto polito, ad marginem lateralem tantum parce punctato et punctulato, 2-o etiam polito subtilissime disperseque punctulato, lateribus eodem modo atque in tergito 1-o sed fortius punctato, 3-o basi crebre subtilissime, dein subdisperse sed copiose punctulato et apicem versus sensim magis magisque sat fortiter sed valde remote, ad marginem lateralem crebrius punctato, supra apicem non impresso, hoc obtusiusculo, manifeste leniter latiusque subsinuato, margine laterali medio manifestissime (praesertim aspectu a latere) lateque arcuatim exciso, anguste, apicali paulo tantum latius decolorato et pellucido. Antennae articulo 3-o quarto haud longiore (♂). Obscurius uniformiter cyaneo-viridis, in thorace paulo aeneo varius, lucidus, ventre majore ex parte aurato-viridi, tarsi testaceis, antennis fuscis, scapo viridi-cyaneo, articulo 2-o aenescenti. Alae omnino limpidae, stigmatate nervisque testaceo-fuscis. Major, multo validior et obesior. — Long. ♂ 3,5 mm (♀ ignota).

Ellampus kozhevnikovi, sp. n. ⁸

1 *Omalus auratus* Radoszkowski 1877 in Fedtshenko, Пырем. в Туркестане, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

Turkestan: prov. Ferganensis: Shachimardan, alt. 4.690' s. m. (A. Fedtshenko! 12. VII. 1871). — Specimen unicum (1 ♂) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

23 (20). Alae stigmatate nervisque non dilute fuscis vel etiam piceis.

24 (25). Abdomen late breviterque ovatum apice minus acuminato, hemisphaerico-convexum, tergito 3-o toto copiose, basi confertim punctulato. Pronotum angulis exterioribus subreflexis omnino vel ere impunctatis. Corporis forma brevis, obesula. Superficies laete cuprato-viridis, haud cyanescens. Similimus *Ellampo kozhevnikovi* Sem., a quo differt solummodo alarum limpidarum

⁸ D-ri zool. Gregorio Kozhevnikov, professori emerito et directori Musei Zoologici Universitatis Mosquensis, amico gratoque animo dedicata.

stigmatum nervisque, plerumque etiam tarsis obscurioribus, pronoto angulis exterioribus subreflexis fere omnino impunctatis, tergite abdominali 3-o basi magis confertim punctulato, ceterum copiosius punctato et punctulato ideoque minus nitido, etiam tergite 2-o evidentius et paulo copiosius, etsi valde disperse tenuiterque punctulato, antennis articulo 3-o quarto utroque in sexu paulo longiore, colore corporis laete cuprato-viridi sine ullo fere nitore cyaneo. Variat tarsis fulvis (aberr. α). — Long. ♂ ♀ 3 — 3,5 mm.

Ellampus hohlbecki, sp. n. ⁹

Fortasse subspecies tantum *Ellampi kozhevnikovi* Sem.

Prov. *Heptapotamica* (*Semiretshje*): Taldy-bulak apud fauces Shamsi in orientali parte jugi Alexandri (A. Hohlbecki 20. VII. 1910). — Quatuor specimina (1 ♂, 3 ♀) (c. m.).

25 (24). Abdomen elongato- s. oblongo-ovatum apice acuminato, non hemisphaerice convexum, aspectu a latere ad apicem sensim declive, tergite 3-o parce disperseque, ad latera paulo tantum copiosius et fortius punctato. Pronotum angulis exterioribus vix reflexis punctatis vel impunctatis. Anguli postico-laterales metathoracis brevissimi, non divaricati. Caput fronte convexiusculâ laxè subvariolosâ-foveolatâ, vertice polito parce disperseque punctulato. Superficies subaurato-viridis, lucida, manifeste cyaneo relucens.

26 (27). Unguiculi intus acute subspiniformiter bidentati. Abdomen angustius et oblongius ovatum, tergite 3-o apice subporrecto, valde conice acuminato, integro, margine laterali toto dimidio apicali peranguste pellucido-limbato, medio sat fortiter lateque sinuatim exciso, dorso obsolete, ad latera subobsolete parce punctato, imâ basi praesertim ad latera, praeterea subtiliter punctulatâ. Pronoti discus, mesonotum margine laterali nec non basi exceptis speculiformiter polita, aliquot tantum punctulis tenuibus dispersis consita; anguli exteriores pronoti grosse punctati. Scutellum etiam medio areolâ laevi basali exceptâ sat confertim foveolatum. Corporis forma gracilior. Nuperficies obscurior, magis cyaneo relucens. Tarsi fuscii. Antennae articulo 3-o quarto circ. 1,25 longiore (♀). — Long. ♀ 3,4 mm (♂ ignotus).

⁹ Viatori rossico in Asia centrali, Andreae Hohlbeck grato animo dedicata.

Ellampus bactrianus, sp. n.

Simillimus et proxime affinis *Ell. sogdiano* Sem., a quo tamen valde discrepat abdomine paulo angustiore, tergito 3-o subtilius parce obsoleteque punctato nec praeterea punctulato (exceptis lateribus basis), supra apicem non impresso, hoc integro, non sinuato, margine laterali prope medium manifeste longeque sinuatim exciso, in duobus trientibus posticis peranguste, basi non pellucido, tergito 2-o usque ad latera parce disperseque subtilissime punctulato, medio polito, impunctato; angulis postico-lateralibus metathoracis brevissimis, non divaricatis, fere obtusangularibus; postscutello parum obtuseque gibboso; alis limpidis in triente apicali levissime sordidis, nervis fuscis, stigmatate piceo, tarsis fuscis; ceterum cum *Ell. sogdiano* congruens.

Bucharia meridionalis: Termez ad Oxum fl. (Amu-dar'ja) (Alexius Kiritschenko medicus; 18. IV. 1913). — Solum specimen (1 ♀) (c. m.).

27 (26). Unguiculi intus crasse bidentati. Abdomen brevius et paulo latius ovatum, tergito 3-o apice paulo minus acuminato, margine apicali modice anguste pellucido, medio distincte, etsi subtiliter sinuatim exciso, margine laterali in dimidio posteriore latius, in dimidio basali peranguste pellucido-limbato, medio parum brevis. sime tamen aspectu a latere manifeste sinuatim subexciso, toto dorso disperse fortius, non obsolete aciculatim, ad marginem lateralem crebrius et crassius punctato, praeterea necubi punctulato. Pronoti discus, mesonotum margine laterali nec non basi exceptis speculiformiter pollta punctisque fortioribus plus minusve tenuibus hic-illic inaequaliter dispersis consita; anguli exteriores pronot subreflexi minute punctulati, nitidi. Scutellum medio laxe foveolatum, basi areolâ politâ praeditum. Habitus robustior. Tuperficies magis aurato-viridis. Tarsi fusco-nigri. Ceterum *Ell. bactriano* Tem. simillimus. — Long. ♀ 3,4 mm (♂ ignotus).

Ellampus kiritschenkoi, sp. n.¹⁰

Bucharia meridionalis: Termez ad Oxum fl. (Amu-dar'ja) (Alexius Kiritschenko medicus; 11. V. 1912). — Solum specimen (1 ♀) (c. m.).

¹⁰ Alexio Kiritschenko, medico entomologoque, qui non exiguam insectorum copiam in Turkestaniam rossicam meridionalem nec non in Buchariam collegit et mecum benevole communicavit, grato animo dedicata.

- 28 (1). Pronotum antice minus determinate marginatum, margine medio oblitterato. Scutellum acute conicum, retrorsum sursumque valde eminens. Alae basi hyalinae, ad apicem subsordidae, nervis sat dilute, stigmate obscurius fuscis. Unguiculi intus longe a basi fortiter bipectinati. Corporis forma angustiuscula, elongata ¹¹.
- 29 (30). Caput fronte convexâ laxè minus grosse nec profunde foveolatâ, nullo modo reticulatâ, facie utrinque secundum orbitam eodem modo sculptâ, cavitate faciali modice profundâ, laevigatâ, vertice et occipite laevibus, nitidis, illo parcissime disperseque, hoc paulo tantum copiosius, tamen parce sparsimque punctulatis; etiam temporibus parce sparsim punctatis. Pronotum parce remoteque vadose, partim obsolete, ad latera et secundum marginem anticum parum copiosius foveolatum punctatumque; mesonotum lobo medio solum ad basin parce obsoleteque foveolato, lobis laterilibus solum secundum suturam interiorè et antice parce punctatis, ceterum laevibus; scutellum et postscutellum reticulato-scrobiculatâ, scrobiculis fundo omnino plano, non umbilicatis; mesopleurae minusculae subreticulatim vadose foveolatae. Anguii postico-laterales metathoracis breves extrorsum et nonnihil retrorsum directi, subacuminati. Abdomen oblongo-semiellipticum, tergito 1-o etiam medio supra marginem posticum sparsim, ad latera crebrius punctulato, 2-o sat crebre, ad latera crebrius adeo punctulato, ad marginem lateralem praeterea aliquot punctis obsolete consito ideoque subruguloso, 3-o basi crebre fortiusque subruguloso-punctulato punctatoque, ad apicem laxè crassius punctato, oblongo, retrorsum sensim angustato, apice obtusato, aspectu a latere subporrecto, medio non profunde sinuatim exciso, excisurâ utrinque lobulo latiusculo late hyalino terminatâ, margine laterali solum in dimidio posteriore sat late hyalino levissime bisinuato, sinu posteriore magis distincto. Antennae scapo viridimetallico, articulo 2-o parum aenescente, reliquis nigris, 3-o quarto saltem 1,3 longiore (♂). Totus laete aeneo-viridis, scutello et postscutello viridi-subauratis, etiam 3-o tergito abdominali ad margines apicalem et laterales plus minusve subaurato, tibiarum apicibus tarsisque dilute testaceis. — Long. ♂ 3,4—4,8 mm (♀ ignota).

¹¹ Duae quae sequuntur species fortasse e subgenere *Dictenulo* Sem. excludendae sunt, etsi unguiculos bipectinatos habent.

Ellampus conifer, sp. n.

Solummodo *Ell. sareptano* Mocs., mihi in natura ignotae speciei, proxime accedere videtur, a quo tamen lateribus faciei nullo modo coriaceo-rugosis, fronte laxè foveolatâ, non reticulatâ, mesonoto lobis lateralibus non omnino laevibus, abdominis formâ angustiusculâ semiellipticâ, staturâ minore perquam, ut opinor, discrepat.

Rossia europaea orientalis: prov. Uralensis: viae ferreae Rjazano-Uralicae stat. Shipovo (ipse! 21. VI. 1898); prov. Stauropolitana: Zimnjaja-Stavka (B. Uvarovi 5. V. 1911). — Duo specimina (2 ♂) (c. m.).

30 (29). Caput vertice convexiusculo, etsi laxè, tamen copiose fortiterque, occipite secundum marginem posticum crebre foveolato-punctatis, temporibus grossius laxè foveolatis. Pronotum disco medio fortiter sed parce inaequaliterque foveolato, ad latera copiosius foveolato-punctatum; scutellum minus confertim ideoque non reticulatim scrobiculatum, scrobiculis majusculis, vadosis, subumbilicatis. Anguli postico-laterales metathoracis magis adeo oblique producti, apice minus acuminato. Abdomen tergito 1-o medio supra marginem posticum copiose, ad latera confertim punctulato, 2-o toto crebre punctulato, lateraliter praeterea sat copiose, etsi sparsim punctato, 3-o valde convexo, ad apicem hemisphaerice declivi, toto confertim ad latera confertissime rugoso-punctulato punctatoque, apice aspectu a latere non porrecto, medio sat profunde angusteque angulatim exciso, dimidio postico marginis lateralis sat late sed minus determinate decolorato pellucidoque, manifeste bisinuato. Ceterum *Ell. conifero* Sem. simillimus, sed corpore magis aequabiliusque viridi-aurato. — Long. ♂ 3,7 — 3,9 mm (♀ ignota).

Ellampus shokalskii, sp. n.¹²

Mongolia borealis: prope oppid. Urga (P. Kozlov! 1—4. VI. 1909). — Duo specimina (2 ♂) (c. m.).

II (I). Unguiculi tarsorum intus 3—6-denticulati s. pectinati. Tergitum abdominale 3-um apice plus minusve excisum, margine apicali nec duplicato nec late decolorato.

¹² Clarissimo hydrologo rossico, professori et-ri geogr. Julio Shokalskij, Societatis Geographicae Rossicae praesidi, grato animo dedicata.

Subgen. *Ellampus* Spin., Mocs.

- 1 (2). Unguiculi intus crasse bipectinati et praeterea denticulo minuto accessorio subbasali instructi. Sinciput, pro- et mesonotum pilis erectis cinereis 3-um antennarum articulum fere adaequantibus sparsim obsita. Caput fronte et vertice illâ reticulatim, hoc subreticulatim foveolatis, foveolis fundo planiusculo, vertice utrinque et post ocellos posticos laevigato, occipite laxè punctato, cavitate faciali latâ, profundâ, transversaliter subarcuatim strigulato-rugulosâ, clypeo brevi et lato fere laevi. Pronotum disco laxè, lateraliter fortius subreticulatim punctatum, punctis disci foveoliformibus, vadosiusculis; mesonotum laxius adeo vadosè foveolatum, lobo mediano medio laevi, etiam lobis lateralibus partim laevibus; scutellum et postscutellum reticulato-scröbiculata, scröbiculis fundo plano, hoc plus minusve obtuse conicum; mesopleurae subreticulatim scröbiculatae, interstitiis acute rugiformibus; angulli postico-laterales metathoracis triangulares, latiusculi, magis retrorsum quam extrorsum directi, apice modice acuto. Abdomen breve et latum, valde convexum, fere semiglobosum, tergitis praeter partes mediam et basalem primi crebre punctulatis, 2-o lineâ mediâ laevigatâ plus minusve manifestâ notato, hoc postice praesertim ad latera sparsim, 3-o imprimis in dimidio apicali copiose praeter punctula punctatis, 3-ii apice obtuso late neque profunde angustius exciso, margine laterali mox pone medium obtuse vel etiam perobtuse lobato-angulato, dein usque ad sinum apicalem anguste pellucido. Antennae crassiusculae articulo 3-o quarto sesqui longiore. Cyaneo- vel subcyaneo-viridis, cavitate faciali nonnunquam viridi-subauratâ, abdomine toto dorso subigneo- vel purpurascenti-aurato, antennis solo scapo excepto nigris, tarsis fuscis s. fulvescenti-fuscis. Alae in triente apicali leviter fumigatae, stigmatè magis, nervis paulo dilutius fuscis. — Long. ♂ 4,5 — 5 mm (♀ ignota).

Ellampus kuznetzovi, sp. n.¹³

Species solummodo *Ell. wesmaëli* Chev. et *appendicino* Ab 1878 (= *Ell. wesmaëli* Chev. var. *appendicinus* Buyss. 1896)¹⁴

¹³ Meritissimo botanico et phytogeographo rossico, professori emerito, d-ri Nicolao Kuznetzov, viro de florae caucasicae studio optime merito, grato amicoque animo dedicata.

¹⁴ Quem pro specie autonoma habeo.

simillima atque certe cognata, a quibus praesertim formâ abdominis multo brevior et latior, fere hemisphaericâ, tergito 3-o apice non acuminato neque subtruncato, vix inflexo, simpliciter late sed non profunde angulatim exciso, margine laterali statim pone medium magis quam in *Ell. wesmaeli*, sed minus quam in *Ell. appendicino* angulato-lobato discrepat.

Transcaucasia: Kodzhory prov. Tiflensis (W. Raciorskii 23, 24, 27. VIII. 1913). — 7 specimina (7 ♂) (c. m.).

- 2 (1). Unguiculi intus determinate saltem 3-dentati s. 3-pectinati
- 3 (4). Tertium tergitem abdominale apice fere ad instar *Notozorum* subtruncato, truncaturâ late profundeque fere rectangulariter excisâ, marginibus excisurae angustis replicatis, margine laterali toto dimidio posteriore late decolorato, sordide pellucido, paulo ante medium leniter sensimque, pone medium fortiter sinuato, inter sinus lobum latiusculum parum eminentem, ante apicem lobulum eminentem formante, basi rectilineo. Unguiculi intus longius a basi confertim acuteque 4-pectinati denticuloque minutissimo accessorio subbasali muniti. Alae in dimidio basali limpidae, toto triente distali fortiter infumatae, stigmata nervisque piceis. Post-scutellum obtuse, aspectu desuper perobtuse conicum. Caput angustum, anticâ pronoti parte haud latius, fronte et lateribus faciei sat laxae, non reticulatim fortiter foveolatis, foveolis rotundis profundisque simplicibus, interspatiis subrugiformibus, cavitate faciali angustâ, profundâ, subrugatâ, vertice et occipite subdeplanatis, sparsim tenuiter punctatis, temporibus superne latis, neque valde lobatis neque marginatis, sparsim fortiter foveolato-punctatis. Pronotum breve, longitudine suâ saltem quadruplo latius, antice non determinate marginatum, disco convexo antrorsum fortiter declivi, non copiose foveolato, inter foveolas rotundas fundo plano, quoad magnitudinem inaequales parce punctulato, utrinque areolâ minus determinatâ laevi praedito, lateribus crebrius ruditer foveolato, foveolarum interstitiis rugiformibus; mesonotum valde convexum, remote inaequaliterque foveolatum et praeterea disperse parceque punctatum, parte anticâ imprimis lobi medii crebre punctulatâ, ejus basi grosse foveolatâ; scutellum non confertim grosse et profunde, postscutellum acute reticulatim scrobiculata; mesopleurae convexae, subreticulatim profunde scrobiculatae. Caput et thorax pilis modice longis cinereis parce obsita, abdomen ad latera et ad apicem parcissime cinereo pilosulum. Anguli postico-laterales metathoracis triangulares apice sat acuto fere

retrosum directo. Abdomen sat late ovatum, valde convexum, tergito 1-o sparsim sed manifestissime punctulato, 2-o medio crebre, etsi non confertim, ad latera multo parcius, tenuiter sed ubique manifestissime punctato, 3-o in triente basali creberrime punctulato, dein sensim laxius, ante apicem multo crassius, ac valde disperse punctato. Antennae fortiusculae, articulo 3-o quarto sesqui longiore (♀). Laete viridi-cyaneus, tergitis abdominalibus subaurato-viridibus, concinne cyaneo-refulgentibus; antennis nigris, solum scapo et articulo 2-o viridi-metallicis, tarsis fulvis. Statura major; habitus robustus. — Long. ♀ 5 mm (♂ ignotus).

Ellampus petri, sp. n. ¹⁵

Ob singularem structuram 3-ii tergiti abdominalis solo *Ellampo truncato* Dahlb. proximus similisque, a quo tamen staturâ majore, corporis formâ multo latiore, habitu robustiore, praesertim vero capite angustiore, latitudinem anterioris pronoti partis haud excedente, scutello et postscutello grossius serobiculatis, abdomine multo latiore, brevius ovato, apice minus porrecto et acuminato, tergitis omnibus manifestissime punctulatis s. punctatis, 2-o ad latera parcius quam in medio punctato, 3-o apice latius truncato, margine laterali ante apicem fortius sinuato, tarsis fulvis, structurâ unguiculorum etc. certe distinguendus.

Prov. Heptapotamica (Semiretsh'je), distr. Pishpek: ad fl. Susamy (d-na Michalevskaja! 15. V. 1914). — Specimen unicum (1♀) (Mus. Zool. Acad. Sc. Ross.).

- 4 (3). Tertium tergitem abdominale apice non truncato, simpliciter emarginato vel sinuato.
- 5 (14). Caput et thorax, etiam abdomen ad latera pilis obscuris rigidis erectisque 3-o antennarum articulo haud brevioribus abunde obsita. Tergitem abdominale 3-um apice simpliciter angulatim s. sinuatim plus minusve excisum. Unguiculi intus 3 — 4-pectinati.
- 6 (11). Unguiculi intus grosse 3-pectinati. Pili capitis thoracisque nigri, longitudinem 3-ii antennarum articuli excedentes. Abdomen parum, s. parum, s. modice convexum. [Species altimontanae centrasiaticae].
- 7 (10). Postscutellum acute vel subacute conicum; scutellum medio sub-laxe, utrinque confertim varioloso-foveolatum. Caput plus minusve

¹⁵ Serenae memoriae patris mei, primi regionis Tianshanicae exploratoris, pio animo consecrata.

confertim foveolatum. Anguli postico-laterales metathoracis recti s. subrecti, apice haud acuminato.

- 8 (9). Angustus et elongatus, praesertim abdomine angusto, latitudinem thoracis non attingente, tergito 3-o summâ latitudine suâ basali haud brevior, a basi apicem versus conice angustato, lateribus fere non rotundatis nec sinuatis, summo apice obtuse subrotundato haud profunde neque anguste angulatim exciso. Antennae articulo 3-o secundo et quarto 1,3 longiore (♂). Caput fronte et facie (exclusâ angustâ cavitate superne transversim subrugosâ) haud profunde subreticulato-foveolatis, vertice sat laxe et valde inaequaliter punctato; temporibus minus latis subconfuse vadosaeque foveolatis. Pronotum et mesonotum laxe, valde inaequaliter, crasse vadosaeque punctata s. foveolata; scutellum excepto medio sat confertim varioloso-foveolatum; postscutellum regulariter scrobiculato-reticulatum, scrobiculis minusculis, fundo plano; mesopleurae paulo minus grosse foveolato-reticulatae. Abdomen tergito 1-o solum ad latera et secundum marginem posticum sat copiose punctulato, supra marginem lateralem praeterea aliquot punctis crassis subobsoletis notato, medio laevi, fere impunctato, 2-o toto copiose, plus minusve confertim, ad latera crebrius, nonnunquam subrugosim punctulato et lateraliter praeterea obsolete punctato, 3-o eodem modo sed magis confertim sculpto, totâ parte posticâ fortius punctatâ, ante apicem transversim subimpresso-apice aspectu a latere subelevato. Alae leviter aequabiliterque fumigatae, nervis subdilute fuscis. Cyanescenti-viridis, abdominis dorso igneo-aurato sed parum splendido, medio dorsi, praesertim in tergito 2-o, obscurius subaeneo, ventre nigro-aeneo viridi et cyaneo refulgente, antennis scapo viridi-metallico excluso nigris, tarsis nigro-fuscis. Mandibulae elongatae, intus acute bidentatae, brunneae, ante apicem acute unciformem pallidiores. — Long. ♂ 4 — 4,8 mm (♀ ignota).

Ellampus hirtus, sp. n.

Species propter longam nigramque pilositatem capitis, thoracis, abdominis laterum et apicis egregia.

Turkestan septentrionale: montes Alatau Talassicum: Ur-maral (J. Baeckmann! 29. VI. 1907); Tshaj-sandyk in jugo Alexandri (A. Hohlbeck! 22. VI. 1910). — Duo specimina (2 ♂) (c. m.).

- 9 (8). Latior, robustior et minus elongatus, abdomine latitudinem thoracis manifeste excedente, tergito 3-o summâ latitudine suâ basali multo

breviore, haud conico, lateribus aspectu desuper rotundato, margine laterali levissime undulato, anguste subpellucido, apice late rotundato, excisurâ apicali latiusculâ, non profundâ, obtuse angulatâ. Antennae articulo 3-o secundo et quarto utroque in sexu saltem sesqui longiore. Caput et thorax similiter atque in *E. hirto* Sem., paulo tantum laxius sculpta. Abdomen similiter quoque punctulatum, tergitis 2-o et 3-o punctis majoribus subobsoletis ad latera magis numerosis; tergito 3-o ante apicem breviorum levius subimpresso, hoc vix elato (aspectu a latere). Alae in dimidio basali magis hyalinae. Similiter coloratus, sed capite thoraceque magis cyaneo-variis, vertice interdum obscuriore, abdomine toto cyanescenti- s. aeneo- s. aurato-viridi, magis lucido, antennarum articulo 2-o semper plus minusve metallico. Pili nigri capitis thoracisque adhuc longiores. Variat: vertice, occipite, thoracis dorso nigro-violaceis (ab. α); tergito abdominali 2-o basi et secundum lineam mediam obscurato, nigro-cyaneo (ab. β). — Long. ♂ ♀ 3,5 — 5 mm.

Ellampus hirsutus, sp. n.

! *Omalus auratus* Radoszkowski 1877 in Fedtshenko, Пыреу. в Туркестане, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

! *Omalus pusillus* Radoszkowski 1877: ibid., p. 2 (ex parte).

! *Omalus coeruleus* Radoszkowski 1877: ibid., p. 3 (ex parte).

! *Omalus aeneus* Radoszkowski 1877: ibid., p. 3 (ex parte).

Solummodo *Ell. hirto* Sem. affinis, a quo differt characteribus supra expositis.

Turkestan: Fergana merid.: fauces Chodzha-tshiburgan, non procul a glaciato Stshurovskii, alt. 8.500' s. m. (A. Fedtshenko! 21. VI. 1871); jug. Alaj pr. trajectum Kavuk, alt. circ. 12.000 — 13.000' s. m. (id. 23. VII. 1871); jug. Alaj: Daraut-kurgan, alt. circ. 3.000 m s. m. (exped. B. Grombaczewskii! 9. VI. 1889); ad lac. Iskander-kul, alt. 7.000' s. m. (A. Fedtshenko! 16. VI. 1870); montes Chazret-sultan apud trajectum Mura, alt. circ. 12.000' s. m. (Alexander Kiritschenko! 12. VII. 1912). — Decem specimina (7♂, 3♀) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.; c. m.).

- 10 (7). Postscutellum simpliciter lateque gibbosum, haud conicum, regulariter grossius scrobiculato-reticulatum; scutellum medio laeve, utrinque remote foveolato-punctatum; pronotum breve, valde transversale, convexiusculum, in disco disperse parceque, ad latera

crebrius et copiosius, attamen laxè punctatum; mesonotum similiter ac discus pronoti, paulo tantum copiosius disperse punctatum; mesopleurae regulariter minus confertim scrobiculatae, scrobiculis majusculis, rotundis, fundo plano. Anguli postico-laterales metathoracis non recti, angustiores, apice obtusiusculo. Caput fronte laxè foveolato-punctatâ, lateribus faciei laxè rugoso-punctatis, vertice parce remoteque, utrinque inter stemma et orbitam sat laxè non, occipite secundum marginem posticum sat crebre punctatis; temporibus latis et convexis ruditer superne laxius, inferne confertim punctato-foveolatis. Caput et thorax parcius pilis nigris obsita. Abdomen breviter lateque subellipticum, magis convexum, tergito 1-o tenuiter punctulatum, supra marginem lateralem aliquot punctis majusculis notato, medio partim impunctato politoque, 2-o confertim minus tenuiter punctulato, ad latera punctis majusculis minus manifestis sat copiose intermixtis, 3-o confertissime basi tenuiter simpliciterque, posterius sensim fortius, paulo laxius subrugosimque punctulato, ad latera et ad apicem praeterea punctis majusculis minus manifestis disperse obsito, margine laterali in dimidio basali non, postice peranguste pellucido, medio manifeste, ante apicem vix sinuato, apice obtuso medio sat profunde angusteque angulato-sinuatum exciso. Antennae articulo 3-o quarto vix 1,3 longiore (♂). Alae dimidio basali omnino fere hyalino, apicali leviter inaequaliterque sordido, nervis stigmatumque piceis. Capite cyanescenti-viridi, vertice, occipite, temporibus nigris; etiam pronoto, mesonoti lobis lateralibus, scutello, postscutello nigris, mesonoti lobo medio, mesopleuris plus minusve obscure aeneo-viridibus; abdomine toto dorso laete sed non splendide aurato-viridi, tergitis 1-o majore ex parte, 3-o basi magis auratis; tarsis fuscis, antennis nigris, harum solum duobus articulis basalibus plus minusve metallescentibus. — Long. ♂ 4 mm (♀ ignota).

Ellampus nikolskii, sp. n. ¹⁶

Ell. hirsuto Sem. proxime affinis, a quo tamen praesertim postscutelli, abdominis structurâ, capitis thoracisque sculpturâ nec non colore valde discrepat.

¹⁶ Meritissimo professori Universitatis Charkovensis, d-ri zool. Alexandro Nikolskij, olim carissimo meo collegae in Museo Zoologico Acad. Sc. Ross., grato animo dedicata.

Bucharia orientalis: Roshan: Kalaf-vamar (Lazdinl 25. VII. 1915). *Kashgaria meridionalis*: systema fl. Raskem: Kok-jar (exped. B. Grombczewskii 15. VII. 1890). — Duo specimina (2 ♂) (Mus. Zool. Acad. Sc. Ross.; c. m.).

- 11 (6). Unguiculi intus 4-pectinati. Pili capitis thoracisque grisei s. cinerei, longitudinem 3-ii antennarum articuli haud vel vix excedentes. Anguli postico-laterales metathoracis haud recti, postice emarginati, apice acutiusculo retrorsum directo. Postscutellum obtuse conicum vel simpliciter gibbosum. Statura minor.
- 12 (13). Postscutellum obtuse conicum sed sursum valde eminent. Abdomen convexum, sat breviter ovatum, thorace non angustius, tergito 3-o summâ latitudine basali multo brevior, lateribus retrorsum rotundatim angustato, neque compresso neque supra apicem impresso, hoc non porrecto, late et profunde subangulatim exciso, margine laterali anguste subpellucido (praesertim ad apicem), levissime longeque, vix visibilibus bisinuato, tergitis duobus primis minutissime laxaque punctulatis, lucidis, 2-o ad latera praeterea disperse obsoleteque punctato, 3-o in dimidio basali crebre punctulato, toto praeterea laxe subobsolete punctato, pilis longis semierectis pallido-griseis, imprimis ad latera sat copiose obsito. Unguiculi intus tenuiter 4-pectinati. Caput fronte et lateribus faciei profunde excavatae regulariter reticulato-foveolatis, foveolis minusculis rotundis fundo plano, vertice inaequaliter subdisperse subobsoleteque punctato, temporibus rude et grosse, subconfuse foveolatis. Pronotum totum fortiter grosseque, disco non determinate subrugoso-punctatum, ad latera plus minusve obsolete subreticulatim foveolatum; mesonotum foveolis vadosis laxius obsitum; scutellum et postscutellum regulariter scrobiculato-reticulata, scrobiculis fundo omnino planis; mesopleurae minus grosse scrobiculato-reticulatae. Caput et thorax pilis griseis erectis 3-o antennarum articulo haud longioribus obsita. Antennae articulo 3-o quarto plus sesqui longiore, hoc secundo paulo brevior (♂). Alae basi hyalinae, in triente apicali leviter fumigatae, nervis dilute, stigmatibus obscurius fuscis. Totus aeneo-viridis, vage, imprimis in scutello et abdominis apice subauratus, antennis scapo viridi et articulo 2-o viridi-aescente exceptis nigris, tarsis brunneis s. fulvescenti-brunneis. — Long. ♂ 3 mm (♀ ignota).

Ellampus borodini, sp. n. ¹⁷

Quoad corporis formam habitumque *Ell. pusillo* (F.) non dissimilis, a quo tamen perquam differt sculpturâ pro- et mesonoti, capite, thorace, 3-o tergito abdominali longius et copiosius pilosis.

Prov. Uralensis: prope oppid. Uralsk (D. Borodini 10. V. 1907). — Solum specimen (1 ♂) (c. m.).

13 (12). Postscutellum fortiter sed simpliciter gibbosum, non conicum. Abdomen minus convexum, lateraliter compressum, thorace angustius, perquam elongatum, subfusiforme, tergito 3-o latitudine basali saltem aequilongo, semiconico, lateribus fortiter compressis, ad apicem subcariniformiter elato, hoc sat fortiter acuminato, profunde sed peranguste sinuatim exciso, margine laterali non pellucido neque ullo modo sinuato; tergitis omnibus lúcidis, 1-o disperse parcissime, ad latera vix copiosius parum perspicue punctulato, 2-o eodem modo, paulo tantum copiosius, etsi disperse subtilissime punctulato, lateraliter praeterea aliquot punctis majusculis perobsoletis notato, 3-o laxè in dimidio basali punctulato, in dimidio apicali punctato, pilis pallido-griseis medio sat brevibus, lateraliter longis semierectis minus abunde consito. Unguiculi intus crasse perpendiculariter 4-pectinati. Caput fronte et lateribus faciei fortiter confertimque sed minus aequabiliter foveolata, foveolis fundo plano, cavitate faciali angustâ, profundâ, laevi, vertice fere laevi sed non polito, vix conspicue disperse punctato, occipite secundum marginem posticum parce obsoleteque subuniseriatim foveolato, temporibus superne dilatatis rude confertim subconfuse foveolatis. Pronotum disco laevi, aliquot punctis obsoletissimis hic-illuc consito, ad latera non confertim subobsolete foveolatum; mesonotum convexum basi laxè grosseque vadose foveolato, foveolis umbilicatis, ceterum disperse minutius subrugose foveolatis; scutellum non confertim foveolatum, foveolis sat grossis, fundo plano, subumbilicatis; postscutellum reticulato-scribiculatum; mesopleurae non confertim foveolatae, foveolis determinatis, rotundis, fundo plano. Caput et thorax pilis erectis pallido-cinereis, 3-o antennarum articulo saltem aequilongis sat abunde obsito. Antennae articulo 3-o quarto plus sesqui longiore (♂). Alae basi hyalinae, toto dimidio distali fortiter fumigatae, stig-

¹⁷ Coleopterologo et entomobiologo rossico, Demetrio Borodin (nunc in New York) dedicata.

mate nervisque dilute fuscis. Aeneo-viridis, in capite thoraceque cyaneo varius, scutello subaurato-viridi, abdomine subigneo-aurato, tergiti 2-i dorso medio obscurato fere nigro (semperne?), ventre viridi-subaurato cyaneo vario tarsis dilute testaceis, antennis duobus primis articulis viridi-metallicis exceptis nigris. — Long. ♂ 3,4 mm (♀ ignota).

Ellampus bergiellus, sp. n. ¹⁸

Quodammodo *Ell. biaccincto* Buyss. affinis esse videtur, a quo valde discrepat unguiculis intus aequaliter perpendiculariterque 4-pectinatis, formâ abdominis valde elongati angustique, cavitate faciali transversim non striatâ.

Bessarabia: prope oppid. Kishinev (N. Zubovskij! 14. V. 1900). Solum specimen (1 ♂) (c. m.).

- 14 (5). Caput et thorax aut glabra, aut pilis subtilioribus, plus minusve pallidis, longitudinem 3-ii antennarum articuli plerumque non attingentibus obsita.
- 15(32). Pronotum etiam medio disco fortiter, etsi laxè punctatum.
- 16(27). Tertium tergitem abdominale apice leviter tantum excisum. Corpus laete viridi-metallicum, subunicolor.
- 17(18). Abdomen convexum, breviter ovatum apice acuminato, tergito 1-o polito, omnino impunctato, 2-o polito quoque, dorso parce disperseque, ad latera crebrius, ubique subtilissime vix perspicue punctulato, 3-o eodem modo sculpto, sed minus polito, ad latera tantum evidentius sparsim punctato, ad apicem fortiter conice angustato, ipso apice subproducto, obtusiusculo, medio anguste neque profunde sinuatim exciso, excisurâ utrinque lobulo obtusiusculo pellucido terminatâ, margine laterali fere recto, vix nisi sensimque subsinuato, postice anguste pellucido. Postscutellum gibboso-convexum, fastigio aspectu a latere subacuminato. Anguli postico-laterales metathoracis brevissimi, apice non obtusato. Unguiculi intus oblique breviter bipectinati denticuloque subtili praeterea basin versus praediti. Caput cavitate faciali latâ laevique exclusâ subreticulatim haud grosse scrobiculatum, scrobiculis fundo plano, vertice parce disperseque, occipite secundum mar-

¹⁸ Meritissimo illustriquo grapho et ichthyologo rossico, professori, 1-ri geogr. Leoni Berg amico gratoque animo dedicata.

ginem posticum copiosius punctulatis; temporibus superne parum dilatatis. Pronotum disco disperse punctato et punctulato, ad latera multo crassius vadose subrugoso-punctato; mesonotum similiter sed laxius sculptum, ad basin disperse, secundum marginem lateralem uniseriatim crasse punctatum; scutellum crasse non reticulatum, postscutellum magis confertim reticulatumque scrobiculata; mesopleurae angulo inferiore rotundato, minus grosse quam scutellum subreticulatumque scrobiculatae. Antennae articulo 3-o quarto 1,3 longiore (♀). Alae limpidae, triente tantum apicali levissime fumigato, nervis stigmatumque dilute fuscis. Splendide viridi-smaragdinus, vage cyaneo-relicens, ventre viridi-cyaneo viridi-aureo variegato, antennis solo scapo excepto nigris, tarsis fulvescenti-fuscis. — Long. ♀ 3,6 mm (♂ ignotus).

Ellampus diakonovi, sp. n.¹⁹

Quoad colorem et habitum *Ell. (Dictenulo) speculari* Sem. ejusque cognatis similis, a quibus divergit praesertim formam graciliorem, unguiculis 3-denticulatis, 3-o tergito abdominali apice exciso et utrinque sublobato. Ab *Ell. sareptano* Mocs., cui non dissimilis quoque videtur, longe iscedit mesonoti lobis lateralibus haud laevibus, postscutello non conico, tarsis obscurioribus, abdominis dorso multo parcius et subtilius punctulato, staturam minore etc; ab *Ell. pusillo* (F.) imprimis structuram unguiculorum, sculpturam mesonoti et abdominis, hujus tergito 3-o apice minus profunde exciso, capite parcius pilosulo, thorace subglabro, formam graciliusculam etc. valde discrepat.

Turkestan septentr.: Bajgakum prov. Syr-dariensis (B. Kozhantshikov! 30. VII. 1911). — Specimen unicum (1 ♀) (c. m.).

- 18(17). Abdomen tergito 1-o saltem ad latera, 2-o toto sat crebre evidenter, etiamsi subtiliter punctulatis. Anguli postico-laterales metathoracis subporrecti.
- 19(26). Unguiculi intus 3-dentati s. 3-pectinati.
- 20(21). Abdomen angustum, elongato-ovatum, ad apicem acuminatum sensim conice angustatum, lucidum, tergito 1-o medio impunctato, polito, solum ad marginem lateralem subtilissime punctulato et parcissime obsolete punctato, 2-o toto crebre, ad latera confertis.

¹⁹ Praestanti lepidopterologo et echinodermatologo rossico, Alexandro Diakonov, Musei Zoologici Acad. Sc. Ross. zoologo seniori, grato animo dedicata.

sime punctulato, lateraliter praeterea disperse obsolete punctato. 3-o eodem fere modo sculpto, solum imâ basi utrinque magis confertim, ad apicem sensim laxius punctulato, margine laterali vix distincte sensim longeque subexciso, solum in dimidio posteriore anguste, margine apicali latius decolorato pellucidoque, hoc late obtusato, medio non profunde sinuato, utrinque lobum latiusculum obtusumque, parum eminentem, late pellucidum efficiente. Unguiculi intus bidentati denticuloque 3-o brevior longe ante basin instructi. Anguli postico-laterales metathoracis acute triangulares, divaricati. Postscutellum subobtusè, aspectu a latere subacute conicum. Caput fronte convexâ non confertim varioloso-foveolatâ, cavitate faciali latâ, minus profundâ, laevi, vertice sparsim, occipite secundum marginem posticum crebrius et grossius punctatis, temporibus parum dilatatis laxè foveolato-punctatis. Pronotum disco disperse sed sat copiose punctato punctulatoque, ad latera fortius et crebrius punctato-foveolato; mesonotum eodem modo sed laxius adeo sculptum, lobo medio ad basin grosse vadoseque foveolato; scutellum modicè grosse sat laxè, non reticulatim foveolatum foveolis fundo plano, postscutellum scrobiculato-reticulatum; mesopleurae reticulato-scrobiculatae, scrobiculis grossis fundo plano. Caput parce breviterque, abdomen ad latera et toto fere tergito 3-o paulo longius sparsim griseo-pilosula. Antennae sat longae, fortiusculae, articulo 3-o quarto saltem sesqui longiore. Totus laete subcyaneo-viridis, mesonoto cyaneo-vario, postscutello et mesopleuris potius viridî-auratis, tarsis fuscescenti-testaceis, articulo basali posticorum plus minusve metallescenti, antennis nigris, solum duobus primis articulis viridi-metallicis. Alae hyalinae, parum aequabiliterque sordidae, ad apicem non fumigatae, stigmatè nervisque dilute fuscis. Statura minor, habitus gracilis. — Long. ♂ 3,6 mm (♀ ignota).

Ellampus pylnovi, sp. n.²⁰

Bucharia meridionalis: Termez ad Oxum fl. (Amu-darj'ja) (Alexiu, Kiritschenko, medicus! 18. IV. 1913). — Solum specimen (1 ♂ (c. m.).

²⁰ Piae memoriae orthopterologi rossici, Eugenii P y l n o v (a. 1920 morte defuncti) dedicata.

- 21 (20). Abdomen plus minusve late ovatum, apice abrupte vel subabrupte acuminato. Unguiculi intus aequabiliter 3-dentati. Alae parum sordidae vel omnino fere limpidae. Habitus robustior.
- 22 (25). Tertium tergitem abdominale crebre subtiliterque punctulatum ad apicem paulo tantum laxius et fortius punctatum; tergium 2-um ad latera punctis majoribus subnullis. Postscutellum obtuse vel subobtuse conicum. Anguli postico-laterales metathoracis acute triangulares, extrorsum eminentes. Unguiculi intus oblique 3-pectinati vel oblique 3-dentati. Tarsi fulvi vel testacei.
- 23 (24). Tertium tergitem abdominale suboblongum retrorsum sensim conice angustatum, apice subprofunde sinuatim excisum, excisurâ utrinque lobulo etsi obtuso, tamen prominulo, late decolorato pellucidoque terminatâ, secundum marginem lateralem fere non sulcatum, ipso margine toto dimidio postico minus anguste pellucido, perparum subsinuato. Caput latius, facie minus late excavatâ, lateribus inter cavitatem et oculorum orbitas foveolatâ, fronte fortiter varioloso-foveolatâ. Unguiculi intus subtiliter oblique 3-dentati. Tarsi testacei. Postscutellum subobtuse conicum. Thorax similiter atque in *E. diakonovi* Sem. sculptus, sed mesonotum basi et ad latera crassius punctatum. Corpus laetius viridi-auratum, ventre aurato-viridi cupreo vario. Alae fere limpidae, ad apicem nonnihil sordidae, nervis stigmateteque obscurius fuscis. Antennae longae et graciles, articulo 2-o metallescente, 3-o quarto plus quam sesqui longiore (♀). — Long. ♀ 3,8 mm (♂ ignotus).

Ellampus mordvilkoï, sp. n. ²¹

Ab *Ellampo sareptano* Mocs., cui affinis esse videtur, imprimis mesonoti lobis lateralibus haud laevibus, staturâ minore, ab *Ell. pusillo* (F.) structurâ unguiculorum, colore tarsorum, sculpturâ mesonoti magis adeo discrepat.

Turkestan chinense: Chotan: Sajbag, alt. 2.115 m s. m. (exped. B. Grombcewskii! 6 — 7. VI. 1890). — Solum specimen (1 ♀) (Mus. Zool. Acad. Sc. Ross.).

- 24 (23). Tertium tergitem abdominale breve, abrupte retrorsum angustatum, apice minus profunde sinuato, subinflexo, sinu utrinque

²¹ Clarissimo aphidologo rossico, professori, mag. zool. Alexandro Mordvilko, Musei Zoologici Acad. Sc. Ross. zoologo seniori, dedicata.

angulum breviusculum, haud decoloratum, non lobulum efficiente, secundum marginem lateralem tenuiter determinate sulcatum, ipso margine in triente postico sat anguste pellucido, late levissime sensimque subexciso. Caput angustius, facie late excavata usque ad oculorum orbitas polita. Unguiculi intus oblique 3-pectinati. Tarsi fulvi. Postscutellum etiam aspectu a latere obtuse conicum. Corpus subaurato-viride s. viridi-smaragdinum, tergo abdominis cyanescenti-viridi vel etiam viridi-cyaneo, ventre cyanescenti-viridi ad latera cyaneo vario. Alae aequabiliter parumque fulvescentes, stigmatе nervisque dilutissime fulvescenti-fuscis. Ceterum *Ell. mordvilkoï* Sem. similis. — Long. ♀ 3,3 — 3,5 mm. (♂ ignotus).

Ellampus smaragdulus, sp. n.

! *Omalus pusillus* Redszkowski 1877 in Fedtshenko, Путешествие в Туркестан, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 2 (ex parte).

Ab *Ell. pusillo* (F.), cui primo aspectu non dissimilis, differt imprimis alis ad apicem non fumigatis, sculpturâ et structurâ tertii tergiti abdominalis.

Turkestan occidentale: prov. Maracandica: prope oppid. Samarkand (A. Fedtshenko! 28. VI. 1869). — Duo specimina (2 ♀) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

25 (22). Tertium tergitem abdominale usque ad apicem crebre fortiterque subrugoso-punctatum et punctulatum, apice angustius angulatim exciso, excisurâ lobulis prominulis terminatâ, horum margine tantum peranguste pellucido, margine laterali in dimidio posteriore angustissime quoque pellucido, evidentius ante lobulos apicales subsinuato; etiam tergitem 2-um ad latera punctis majoribus copiose obsitum. Unguiculi intus breviter 3-dentati. Tarsi fuscii. Anguli postico-laterales metathoracis retrorsum porrecti, subspini-formiter acuti. Postscutellum acue conicum. Similiter atque *E. mordvilkoï* Sem. sculptus, sed vertice areolâ laevi utrinque exceptâ fortius, grossius et paulo copiosius punctato; etiam pronoto fortius, etsi valde laxè inaequaliterque punctato, mesonoti lobis lateralibus politis aliquot tantum punctis majusculis praeter lateralem punctorum seriem notatis, scutello medio laxè scrobiculato, areâ politâ basi praedito, mesopleuris grosse minus determinate reticulato-scrobiculatis. Smaragdino-viridis, solum postscutello sabaurato. Alae magis fumigatae, basi tantum limpidae, stigmatе nervisque fusco-piceis. Antennae etiam articulo 3-o plus

minusve metallescenti, tertio subsesqui longiore. — Long. ♂ 4 mm
(♀ ignota).

Ellampus stackelbergi, sp. n.²²

Ell. sareptano Mocs. proxime accedere videtur, sed differt meso-
noti lobis lateralibus non omnino laevibus, ultimi tergiti abdominalis lo-
bulis apicalibus margine tantum peranguste pellucido, angulis posticis
metathoracis retrorsum productis subspiniformibus, tarsis fuscis, staturâ
minore.

Siberiae centralis prov. Altaica: tesqua elata Tshujskaja stepj dicta
prope Kosh-agatsh (E. Rodd! 28. VI. 1907). — Solum specimen (1 ♂)
(c. m.).

26(19). Unguiculi intus suboblique 4-pectinati. Abdomen angustum ob-
longo-semiellipticum, tergito 3-o ad apicem subobtusè rotundatum
sensim angustato, confertim rugoso-punctulato punctatoque, supra
marginem posticum et lateralem remotius crasse sed non profunde
subvarioloso-punctato, hoc non sinuato in dimidio posteriore sat
late pellucido, margine postico medio subprofunde angulatim
exciso, excisurâ utrinque lobo obtusiusculo sat late pellucido
terminatâ, tergiti dorso ad sinum apicalem manifeste carinulato;
tergito 2-o crebre tenuissime punctulato, ad latera praeterea parce
disperseque subobsolete punctato, latis punctulorum interstitiis
laevibus nitidisque; tergito 1-o dorso polito nitidissimo, medio
fere non, lateraliter disperse, latera versus sensim copiosius te-
nuissime punctulato, supra marginem lateralem praeterea aliquot
punctis obsoletis majoribus notato. Alae limpidae toto triente
distali sat fortiter fumigatae, stigmate dilute, nervis dilutissime
fuscis. Caput fronte convexiusculâ crasse subreticulatim foveo-
latâ, foveolis fundo plano, facie secundum oculorum orbitas eo-
dem modo, paulo tantum laxius sculptâ, cavitate faciali angustâ,
valde profundâ, politâ; vertice disperse sat subtiliter rugosiusculo,
occipite secundum marginem posticum crebrius plus minusve
confuse punctato, temporibus latis rude confertimque subreticu-
lato-foveolatis. Pronotum parce sparsimque non profunde, inter-
dum obsolete subrugoso-punctatum, punctorum quoad crassitiem
inaequalium interspatiis laevibus, sed non politis, lateribus sub-
reticulatim foveolatis, foveolis secundum marginem anticum fere

²² In honorem praestantis dipterologi rossici, Alexandri a Stackelberg,
Musei Zoologici Acad. Sc. Ross. curatoris, nominata.

ad medium usque subseriatim extensis; mesonotum laxe et vadoso foveolatum, foveolis ad basin multo majoribus quam antice, interspatiis, praesertim in lobis lateralibus ruguloso-striolatis; scutellum convexum crasse et argute scrobiculato-reticulatum, scrobiculis fundo plano sed non umbilicatis; mesopleurae laxae, non reticulatim foveolatae, interstitiis rugosiusculis. Postscutellum obtuse conicum, sed valde retrorsum sursumque eminens, eodem fere modo ac scutellum sculptum. Anguli postico-laterales metathoracis breves latique, apice fere rectangulari retrorsum spectante. Caput et thorax pilis longis erectis cinereis sparsim obsita, abdomen lateribus et toto fere tergito 3-o pilis brevioribus decumbentibus sparsim obsitis. Antennae articulo 2-o scapo concolori viridi-metallico, reliquis nigris s. fusco-nigris, 3-o quarto in ♂ sesqui longiore. Totus viridi-metallicus, facie viridi-cyaneâ, pronoti lateribus, mesonoto maximâ ex parte, mesopleuris praesertim vero scutello et postscutello aurato-viridibus, abdomine laetius smaragdino-viridi, splendido, tergito 3-o sec. marginem posticum, nonnunquam toto abdomine auratis, summis tibi-
rum apicibus et tarsis rufo-testaceis. — Long. ♂ ♀ 2,5 — 3,1 mm.

Ellampus ruthenus, sp. n.

Ab *Ell. pusillo* (F.), cui proxime affinis, differt formâ corporis, imprimis autem abdominis angustiusculâ, staturâ minore, abdomine minus ovato, tarsis pallidis. Fortasse mera *E. pusilli* F. variatio.

Rossia europaea orientalis: viae ferreae Rjazano-Uralicae stat. Shippovo in finibus prov. Uralensis (serius Jaicensis) (ipse! 17 et 21. VI. 1898); Elizavetino districtus Nicolaevsk prov. Samarensis (ipse! 20. VI. 1898); ins. Zeleni ostrov Volgae flum. prope Saratov (ipse! 15. VI. 1898); prov. Orenburgensis prope Orenburg et in ipso oppido (C. Jablonovskij! 20. V, 20. VII — 8. IX. 1903). — Nonnulla specimina (♂ ♀) (c. m.).

27 (16). Tertium tergitem abdominale apice profunde sinuatim s. angulatim excisum.

28 (29). Scutellum laxe varioloso-foveolatum, foveolis saltem ex parte umbilicatis; postscutellum obtuse conicum reticulato-scrobiculatum; mesonotum basi et lateribus grosse inaequaliterque remote-foveolatum, anterius disperse parceque punctatum; pronotum disco non omnino polito parce disperseque punctato et punctulato, lateraliter et secundum marginem anticum non confertim foveola-

tum, hoc acuto, integro, medio parum reflexo; mesopleurae convexiusculae crebre, non tamen reticulatim, sat grosse foveolatae. Anguli postico-laterales metathoracis breves, subrecti, apice nonnihil acuminati. Caput fronte convexiusculâ modice confertim, non reticulatim subvariolofo-foveolatâ, cavitate faciali latâ, profundâ, politâ, vertice nitido disperse punctulato, occipite secundum marginem posticum crebrius punctato, temporibus sat latis rude confuseque punctato-foveolatis. Caput et thorax pilis brevibus griseis perparce obsita. Abdomen breviter ovatum, valde, perumque fere hemisphaerice convexum, apice breviter acuminato, tergito 1-o medio polito, solum ad marginem lateralem non copiose subtilissime vix conspicue punctulato, 2-o medio sparsim, ad latera sensim crebrius, non tamen confertim subtiliter punctulato, lateraliter praeterea disperse parceque tenuiter punctato, 3-o in dimidio basali et lateraliter subtiliter crebre punctulato, in dimidio posteriore parcius tenuiter punctato, punctis majoribus etiam ad latera parce intermixtis, margine laterali levissime bisinuato in dimidio apicali late pellucido, apice subporrecto late et sat profunde angulatim exciso, excisurâ utrinque lobo prominulo obtuse angulato subrotundatoque omnino fere decolorato pellucidoque terminatâ. Antennae longae et graciles, articulo 3-o quarto sesqui longiore (♂). Unguiculi intus 3-denticulati. Subobscurae aeneo-viridis, capite toto, imprimis vero in cavitate faciali obscure viridi-cyaneo vel etiam cyaneo, mesonoto et scutello plus minusve aurato-viridibus, abdominis dorso medio nigro-cyaneo, antennis scapo excepto nigris, tarsis pallide testaceis. Alae basi hyalinae, ceterum leviter subinfusatae sed non fumigat e, stigmate nervisque dilute fuscis. Statura minor. — Long. ♂ 2,9 — 3,3 mm (♀ ignota).

Ellampus tarnanii, sp. n. ²⁵

Ell. pusilli (F.) et *Ell. rutheni* Sem. proximus similisque, a quibus tamen valde discrepat scutello laxe (non reticulatim) foveolato, foveolis varioliformibus, umbilicatis, tergito abdominali 3-o margine apicali late decolorato pellucidoque, medio late angulatim exciso, utrinque lobum prominulum decoloratum formante, alis in triente apicali non fumigatis, unguiculis intus 3-dentatis, antennis multo longioribus. Ab *Ell. bogda-*

²⁵ Memoriae pr fessoris zoologiae emeriti, Johannis Tarnani, collegae amicissimi, grato animo consecrata.

novi (Rad.), cujus obscuris speciminibus non dissimilis, differt praesertim abdominis dorso multo parcius subtiliusque punctulato, magis lucido, tergito 1-o exceptis lateribus omnino impunctato, 3-o apice decolorato pellucidoque, late angulatum exciso, utrinque lobum prominulum formante; scutello multo laxius foveolato, foveolis varioliformibus umbilicatis, pronoto minus transverso disco parcius punctato, capite vertice nitido parce disperseque punctulato, fronte multo laxius non reticulatim foveolatâ, antennis multo longioribus et tenuioribus.

Bucharja australis: Termez ad Oxum fl. (Amu-darj'ja) (Alexander Kiritschenko! 11 et 18. V. 1912). — Duo specimina (2 ♂) (c. m.).

29 (28). Scutellum grosse scrobiculato-reticulatum; postscutellum hemisphaerice vel gibboso-convexum, non conicum. Abdomen tergito 3-o apice profunde et anguste exciso, margine laterali subanguste vel etiam peranguste pellucido. Unguiculi intus 4 — 6-pectinati. Statura major (long. 4,5 — 5,5 mm et ultra).

30 (31). Tertium tergitem abdominale excisurâ apicali perprofunda angulum acutum summo apice obtusato efficiente, lobis eam terminantibus subporrectis, angulatis, unacum dimidio posteriore marginis lateralis sat late pellucidis, hoc ante lobum terminalem leniter lateque subsinuato; totum tergitem retrorsum fortiter et fere recte angustatum, fortiter confertissime rugoso-punctatum, in dimidio posteriore et ad latera praeterea sparsim punctatum; tergitem 2-um crebre, ad latera confertissime fortiterque punctulatum, punctis majoribus obsoletissimis subnullis ad latera notatum, dorso carinulâ longitudinali laevi obtusiusculâ, praesertim in dimidio basali determinatâ signato; tergitem 1-um ad latera crebre, ad medium sensim laxius, non tamen parce punctulatum; totum abdomen configuratione elongato-ovatâ, convexum, parum nitidum, tergito 3-o toto, duobus primis solum secundum marginem lateralem pilis sat longis decumbentibus cinereis obsitis. Postscutellum obtusum, hemisphaerice convexum. Caput latitudinem thoracis haud excedens, fronte unacum lateribus faciei vadose foveolato-reticulatâ, cavitate faciali angustâ, profundâ, laevi, clypeo minus brevi parce punctulato, vertice sat plano laxè inaequaliterque non profunde foveolato-punctato, occipite paulo crebrius subrugoso-punctato, temporibus latis, rude confertimque subreticulato-variolosis. Pronotum inaequaliter laxè sed copiose punctatum, punctis crassis non profundis, partim subobsoletis, ad latera subreticulatim foveolatum, secundum marginem anticum copiose for-

titer medio punctatum, lateraliter foveolatum; mesonotum convexum inaequaliter laxe rugoso-foveolatum, foveolis vadosis ad basin majoribus; scutellum et postscutellum, ille grossius, hoc magis confertim scrobiculato-reticulata, scrobiculis fundo plano non umbilicatis; mesopleurae minus confertim subreticulato-foveolatae, foveolis fundo plano. Anguli postico-laterales metathoracis latiusculi apice longe retrorsum porrecto, acuto. Caput et thoracis dorsum pilis longis semierectis, non tamen rigidis pallide cinereis sat parce obsita. Tarsorum unguiculi intus valde 4-pectinati denticuloque accessorio subbasali instructi. Antennae crassiusculae, articulo 3-o quarto circ. 1,6 longiore (♂). Alae hyalinae, toto triente distali fortiter fumigatae, stigmatate nervisque piceis. Viridi-cyaneus, minus nitidus, capite pronotoque saturatius cyaneis, partim violaceo-cyaneis, abdomine potius in viridem vergente, antennis scapo viridi-cyaneo et articulo 2-o aeneo-viridi exceptis nec non tarsis omnino nigris. Habitus robustus. — Long. ♂ 4,5 mm (♀ ignota).

Ellampus bogojavlenskii, sp. n. ²⁴

Solo *Ell. puncticolli* Mocs. affinis, a quo tamen abdomine magis confertim fortiusque sculpto, tergito 3-o apice multo magis profunde sinuatim exciso et utrinque acute lobato, capite fronte grossius foveolato-reticulatâ, vertice minus laevigato, temporibus rude confertimque sculptis, mesonoto minus laevigato, scutello multo grossius et magis confertim scrobiculato-reticulato facile distinguendus.

Turkestan meridionale: Pamir (prov. Ferganensis): Kshtut (prof. N. Bogojavlenskij) 19. V. 1898). — Specimen unicum (1 ♂) (Mus. Zool. Universitatis Mosquensis).

31 (30). Tertium tergitem abdominale apice profunde et anguste excisum, excisurâ angulum acutum summo apice subrotundato efficiente, lobis eam terminantibus minus acute angulatis, unacum dimidio posteriore marginis lateralis leniter late subsinuato peranguste sordideque pellucidis; totum tergitem brevius, aspectu desuper retrorsum rotundatim angulatum, parce et valde remote aciculatim oblique punctatum, solummodo supra apicem et marginem lateralem crassius subvariolo-punctatum; tergitem 2 um totum usque ad latera remote, medio disperse punctulatum, lateraliter

²⁴ Memoriae d-ris zool. Nicolai Bogojavlenskii, professoris Universitatis Mosquensis, consecrata.

praeterea manifeste, etsi sparsim subobsoleteque punctatum, carinulâ medianâ basi tantum vix nisi indicatâ, perobtusâ; tergitem 1-um medio valde disperse, ad latera sparsim punctulatum ibique praeterea parce non crasse punctatum, totum abdomen configuratione late breviterque ovatâ, valde convexum, tholiforme, lucidum, tergito 3-o toto, 2-o supra marginem posticum et lateraliter, 1-o solum ad latera disperse parceque pilis incanis consitis. Postscutellum gibboso-convexum, obtusum. Caput latius, latitudinem thoracis excedens similiter atque in *Ell. bogojavlenskii* Sem. sculptum, fronte paulo grossius reticulato-foveolatâ, cavitate faciali latiore, politâ, temporibus minus confertim grossius subreticulato-variolosis; oculis valde convexis. Pronotum disco grossius et parcius subvariolofoveolato, foveolis plus minusve obsolete, ad latera per grosse vadoseque foveolatum, foveolis inter se partim confluentibus, interspatiis sparsim punctulatis; mesonotum laxe grosseque foveolatum, foveolis vadosis inaequaliter distributis, lobo medio antice fere laevi; scutellum et mesopleurae argutius scrobiculato-reticulata. Anguli postico-laterales metathoracis lati, retrorsum incurvi, sed apice parum producto neque acuto. Caput et thorax pilis sat longis erectis pallido-griseis parce consita. Unguiculus intus confertim 6-pectinatus, pectinibus apici approximatis, 1-o a basi remoto, insequentibus brevioribus. Antennae longae, graciliores, articulo 3-o secundo duplo fere longiore (♂). Alae basi hyalinae, in triente distali fortiter fumigatae, stigmate nervisque dilute piceis. Saturate volaceo-cyaneus, nitidus, praesertim in abdomine viridi-varius; tarsi antennisque nigri, his non solum scapo et articulo 2-o, sed etiam 3-o saltem basi cyaneo-metallicis. Habitus validus. — Long. ♂ 5,4 mm (♀ ignota).

***Ellampus bergi*, sp. n.** ²⁵

Quoad staturam, robustum habitum, sculpturam, colorem *Ell. violaceo* Scop. primo aspectu simillimus, a quo tamen longe discedit praesertim mesopleuris angulo inferiore obtuse rotundato, nec producto nec reflexo, magis confertim sculptis, abdomine angustiore et paulo oblongiore, tergito 3-o multo laxius punctato, apice multo magis profunde exciso, unguiculis intus confertim 6-pectinatis.

²⁵ Vide supra notam 18.

Prov. Heptapotamica (Semiretsk'je); vallis fl. Kora in montibus Alatau Dzungarico (Vl. Shnitnikov! 29. VI. 1910). — Solum specimen (1 ♂) (c. m.).

32(15). Pronotum disco omnino vel majore ex parte polito, impunctato vel punctis subtilibus parcissime obsito. Corpus obscurius, plus minusve viridi-cyaneum vel viridi-violaceum, aut his coloribus variegatum.

33(34). Tertium tergum abdominale fortiter, etsi sat laxè punctatum et punctulatum, apice subtiliter angusteque angulatim excisum, margine laterali angustissime subreflexo toto dimidio posteriore, praesertim vero ad excisuram apicis sat late pellucido, medio subsinuato. Unguiculi oblique longeque 3-dentati. Postscutellum hemisphaericum-convexum. Pronotum disco, mesonotum omnino margine laterali uniseriatim punctato excepto valde polita nitidaque, punctulis subtilissimis vix conspicuis perparce obsita. Unguiculi oblique longeque 3-dentati. Caput parte brevissimeque pilosulum, vertice convexo subtiliter, obsolete disperseque punctulato. Subobscurè viridi-cyaneus, nitidus, facie, abdomine ad latera et ad apicem subaurato-viridibus, clypeo et ventre viridi-auratis, antennis duobus articulis basalibus exceptis nigris, tarsis nigro-piceis. Alae basi hyalinae, in dimidio apicali sat fortiter fumigatae, stigmatè nervisque piceis. — Long. ♀ 4,2 mm (♂ ignotus).

Ellampus zarudnyi, sp. n.²⁶

Ell. aeneo (Panz.) simillimus atque proxime affinis; differt unguiculis solum 3-dentatis, capite parcius et multo brevius pilosulo, vertice magis convexo, fere glabro, multo parcius, subtilius et obsolete punctulato, temporibus aspectu desuper magis rotundatis.

Turkestan: prov. Syr-dariensis: prope urbem Tashkent (N. Zarudnyi! 10—11. V. 1914). — Solum specimen (1 ♀) (c. m.).

34(33). Tergum abdominale 3-um apice profunde angulatim s. sinuatim excisum. Unguiculi 4- vel 5-pectinati. Postscutellum valde, etiamsi obtuse gibbosum. Caput et thorax longe sparsim vel etiam parcissime griseo-pilosa.

²⁶ Memoriae illustrissimi viatoris et ornithologi rossici, faunarum turanicae et iranicae scrutatoris facile principis, Nicolai Zarudnyi tashkentensis (m. martio a. 1919 vitâ defuncti) amico, grato pioque animo consecrata.

- 35(42). Abdomen plus minusve late ovatum apice acuminato, in triente posteriore lateribusque pilis longis erectis vel semierectis, canescentibus sat abunde consitum. Caput fronte facieque cavitate faciali exceptâ plus minusve confertim reticulato-foveolatis.
- 36(37). Unguiculi intus longe 4-pectinati. Sinciput saltem in medio et pronoti discus omnino fere laevia, disperse obsoleteque parcissime punctata s. punctulata; mesonotum minus laeve, disperse obsoleteque punctatum s. foveolatum, lobo medio ad basin manifeste sat crebre foveolato, foveolis vadosis. Abdomen minus ovatum, i. e. postice minus acuminatum, tergito 3-o apice non porrecto, peranguste profundeque sinuatim exciso, in dimidio basali confertim, posterius paulo tantum laxius et obsolete ruguloso-punctulato, in dimidio posteriore et ad latera praeterea obsolete punctato, margine laterali fere recto, anguste, ad apicem paulo tantum latius pellucido, angulum fere rectum, non lobum ad excisuram apicalem formante; tergito 2-o subtilissime, medio sat laxe, ad latera crebre punctulato, lateraliter praeterea obsolete punctato; tergito 1-o eodem modo sed medio adhuc laxius et subtilius sculpto, hic fere laevi. Scutellum hemisphaerice convexum. Caput et thorax parce pilis longis griseis consita, tergitem abdominale 3-um totum, reliqua ad latera pilis subdecumbentibus, pallido-griseis sparsim consita. Antennae longae et graciles, articulo 3-o quarto plus quam sesqui longiore (♂). Alae hyalinae nonnihil sordidae, in triente distali modice infuscatae stigmatate nervisque dilute piceis. Sybcyaneo-viridis, subviolaceo-cyaneo in capite thoraceque varius, abdomine laetius aeneo-viridi, dorso medio obscurato (semperne?), tarsi et antennis nigris, his non solum scapo et articulo 2-o, sed etiam 3-o majore ex parte cyaneo-viridibus. — Long. ♂ 3,5 mm (♀ ignota).

***Ellampus heptapotamicus*, sp. n.**

Ell. aeneo Panz. ²⁷ proximus similisque, sed minor, abdomine paulo angustiore configuratione minus ovata ob apicem minus acuminatum, tergito 3-o apice profunde angusteque sinuatim exciso, margine laterali fere recto, dorso praesertim in dimidio basali confertim ruguloso-punctulato, solum postice et ad latera praeterea obsolete punc-

²⁷ Qui etiam provinciam Rossiae Heptapotamicam inhabitat: fauces riv. Kargalinka in mont. Alatau Transiliensi non procul ab urbe Vernyj, alt. 1.500—1.600 m s. m. (A. Jacobson! 27. V. 1907) (specim. c. m).

tato, tergito 2-o copiosius, etiam medio distincte, etsi subtilissime laxequé punctulato, ad latera praeterea grossius obsolete punctato, etiam 1-o ad latera copiose punctulato; capite paulo grossius et fortius subreticulato-foveolato, vertice fere impunctato; temporibus fortius ruditerque rugoso-foveolatis; disco pronoti minus laevi, non speculiformi, disperse obsolete punctato, etiam mesonoto minus laevi, sparsim punctato, lobo medio ad basin sat crebre manifesteque foveolato, scutello et postscutello paulo magis confertim, hoc praeterea acute reticulato-scrobiculatis; capite et toto thoracis dorso longe etsi sparsim griseo-pilosis; angulis postico-lateralibus metathoracis apice retrorsum porrecto, acuto; antennis multo longioribus et gracilioribus, articulo 3-o metallescente; tarsorum unguiculis intus 4-pectinatis; alis in triente distali minus fumigatis; ceterum cum *Ell. aeneo* congruens.

Prov. Heptapotamica (Semiretshje): in ipsa urbe Vernyj, 784 m s. m. (A. Jacobson! 10—15. VI. 1907). — Solum specimen (1 ♂) (c. m.).

37 (36). Unguiculi intus longe $4\frac{1}{2}$ — 5-pectinati.

38 (39). Unguiculi intus longe 4-pectinati denticuloque 5-o brevioré subbasali praediti. Pronotum disco haud speculiformi, disperse sed sat copiose subobsolete punctato et punctulato, lateribus et margine antico fortius rugoso-foveolato-punctatis; mesonotum laxé inaequaliterque parum determinate punctatum, lobo medio ad basin grosse foveolato; scutellum modice convexum sat laxé, non reticulatim, postscutellum valde gibbosum, non tamen conicum argute reticulatim scrobiculata, scrobiculis fundo plano, non umbilicatis; mesopleurae subreticulato-scrobiculatae. Anguli postico-laterales metathoracis triangulares, postice emarginati, apice acuto nonnihil retrorsum directo. Caput fronte sat confertim minus grosse foveolata, foveolis fundo plano, lateribus faciei eodem modo sculptis, cavitate faciali angusta, valde profunda, laevi, vertice late laevigato disperse obsolete punctato punctulato, temporibus postice lobiformiter dilatatis margine non reflexo, sat confertim rude foveolatis, fere opacis. Caput et thorax pilis longis erectis, obscure griseis, in scutello postscutelloque 3-o antennarum articulo paulo tantum brevioribus, sat ubertim consita. Abdomen sat late ovatum, valde convexum, tergito 1-o parce, disperse tenuiterque punctulato, solum ad marginem lateralem fortius et crebrius subrugoso-punctulato, 2-o copiose sed laxé ad latera crebre punctulato, 3-o basi crebre

punctulato, toto dimidio apicali atque ad latera subdisperse oblique subaciculatim vel fere varioliformiter punctato, apice acuminato, subcompresso, aspectu a latere subporrecto, medio anguste et sat profunde angulatim exciso, lobulis excisuram terminantibus obtusiusculis non pellucidis, margine laterali aspectu a latere longe leniter exciso, anguste sordido-pellucido; tergito 3-o toto duobus antecedentibus solum ad latera sat sparsim pilis longis griseis consitis. Antennae longae, sat graciles, articulo 3-o quarto 1,75 longiore (σ). Alae hyalinae toto triente distali mediocriter fumigatae, stigmatibus nervisque dilute fuscis. Laete cyaneo-viridis, capite thoraceque cyaneo variis, tegulis cyaneis, tergito abdominali 2-o dorso obscurius cyaneo (semperne?), tarsi antennisque, illorum articulo basali (saltem in duobus posterioribus), horum 3-o plus minusve metallescentibus, duobus primis antennarum articulis viridi-cyaneis. — Long. σ 5 mm (φ ignota).

Ellampus masalskii, sp. n. ²⁸

Omalus coeruleus Radoszkowski 1877 in Fedtshenko, Пырем. и Туркест., II. V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 3 (ex parte).

Ab *Ell. simili* Mocs., cui affinis esse videtur, discrepat praesertim scutello nullo modo conico, tergito abdominali 3-o apice non pellucido profundius anguste inciso, tarsi articulo basali excluso nigris, antennis nigris, solum duobus articulis primis metallicis tertioque leviter metallescente, aliis in triente distali minus fumigatis.

Turkestan occid.: prov. Maracandica (Samarkand): Katty-kurgan (A. Fedtshenko!). — Solum specimen (1 σ) (Mus. Zool. Unives. Mosqu.).

39(38). Unguiculi intus perfecte 5-pectinati. Pronotum disco speculiformi, etiamsi parce punctulato.

40(41). Caput facie cavitate valde profundâ politâque exceptâ et fronte confertim minus grosse reticulato-foveolatis, temporibus lobiformiter dilatatis crasse fortiterque, vertice laxius, multo subtilius et obsoletius, tamen ubertim rugoso-punctatis. Statura major; corporis formâ robustior et obesior. Pronotum breve, transversim convexum, antrorsum declive, disco laevi, punctis minusculis

²⁸ Statistico et geographo rossico, principi Ladislao Masalski, viro de Turkestanis rossica describenda optime merito, grato animo dedicata.

sparsim consito, lateribus crasse laxaque rugoso-punctatis; mesonotum antice sparsim subrugoso-punctatum, in lobis lateralibus praeterea nonnihil ruguloso-punctulatum, postice laxe grosseque varioloso-scribiculatum; scutellum non confertim ideoque non reticulatim grosse scribiculatum; postscutellum valde, etsi obtuse gibbosum, scribiculato-reticulatum; mesopleurae confertim scribiculatae, interstitiis subrugulosis, vix punctulatis rugasque fere regulares longitudinales formantibus. Scutellum modice convexum. Anguli postico-laterales metathoracis extrorsum porrecti, anguste triangulares, postice leniter emarginati, apice valde acuto nonnihil retrorsum incurvo. Abdomen breviter lateque ovatum, tholiformiter convexum, tergito 1-o subdisperse, 2-o crebrius sed laxe, 3-ii parte basali confertim sat aequabiliter punctatis, margine laterali manifeste sinuato, peranguste, ad apicem latius pelucido, ipso apice sursum subporrecto medio profunde angustaque exciso, utrinque lobulum apice acute angulatum formante. Unguiculi intus longe crasseque 5-pectinati. Antennae articulo 3-o quarto utroque in sexu plus quam sesqui longiore. Alae hyalinae in triente distali sat fortiter determinateque fumigatae, stigmate nervisque piceis. Cyaneo-violaceus, fronte et facie, scutello, nonnunquam etiam postscutello, metathorace, mesopleuris, tergitorum abdominalium saltem 2-i et 3-ii parte posteriore plus minusve viridibus; antennis articulis duobus basalibus exceptis et tarsis nigris. Major, robustior et obesior. — Long. 4,75 — 6 mm.

Eilampus saturatus, sp. n.

Omalus coeruleus Rad o s z k o w s k i 1877 in Fed t s h e n k o, Пырем. в Типке-стан, II, V: Chrysidiformes, Mutillidae, Sphegidae, p. 3 (ex parte).

Ell. turkestanico M o c s. quodammodo affinis, a quo valde differt staturâ majore, unguiculis crasse longeque 5-pectinatis, alarum ad apicem determinate infumatarum, nervis piceis, tarsis nigris, etc. Ab *Ell. aeneo* (P a n z.), cujus etiam proximus, perquam discrepat structurâ unguiculorum, abdominis tergito 3-o apice profunde angulatim exciso, pronoto et mesonoto dorsulo minus politis, temporibus magis lobatim dilatatis, angulis postico-lateralibus metathoracis majoribus, longius productis et magis acuminatis. Quoad staturam et habitum potius *Ell. violaceo* (S c o p.) appropinquat, a quo tamen facillime distinguendus est mesopleuris infra minus productis, angulum obtuse rotundatum formantibus, abdominis tergito 1-o etiam medio tenuiter laxe punctulato, 2-o multo copiosius, non disperse, etsi sat